# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


# De duobus amantibus Euryalo et Lucretia

Pius <II., Papst>

[Köln], [um 1495]

urn:nbn:de:bsz:31-289388

Visual Library

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

K. G.

(51)

42 A 1932,13 RH

1917

Landesbibliothek Karlsruhe

AN 789
AN 790
AN 791
AN 792
AN 793
AN 794
AN 795

Pii II. Pont. max.

# Opuſcula Enee Siluij de duobus amantibus. Et de remedio amoris. cum epiſtola retractatoria eiuſdem Pij ſecūdi ad quendam Karolum

10.

(10)

Z

# De duobus amantibus.

Enee Siluij poete Senẽſis de duob⁹ amãtib⁹ Eurialo
et Lucreſia opuſculũ ad Marianũ zoſinũ feliciter incipit

Prefatio.

Agnifico et generoſo mi
liti dño Gaſpari ſchlich. dño noui caſtri Ceſareo
cãcellario. Ac terrarũ Egee Cupitiq3 capitaneo
dño ſuo p̄cipuo. Eneas Siluius poeta imperialiſq3 ſecreta
rius: S.p.dicit.et ſe reddit ꝯmẽdatũ. Marianus Senẽſis
ꝯterraneus meus. vir tum mitis ingenij. tum litterarũ mul/
tarũ. cuius adhuc ſimilem viſurus ne ſim hereo. duos amã
tes ſibi vt deſcriberem rogatum me his dieb⁹ fecit. Nec re/
ferre dixit rem veraʒ agerem. an more poetico fingerẽ. Scis
qui vir ſit. mirabere ſi tibi expandam Nihil ei preter formam
natura inuidit Homũcio eſt. naſci ex mea familia debuit cui
paruorum hominũ eſt cognomen. vir eſt eloquẽs. iuris vtri
uſq3 conſultus. Hiſtorias omnes nouit Poetrie peritus eſt
Carmen facit ꝛ latinũ ꝛ tuſcum. Philoſophie tam ſcius q̄ꝫ
Plato Geometer quaſi Boetius. In numeris quaſi Ma/
crobio ſimilis. Nullum inſtrumentũ ignorat muſicũ Agri
culturaʒ quaſi Virgilius nouit Nihil ciuile ignotum viro.
Dum iuuenili adhuc ſtabant in corpore vires. alter Entell⁹
luctandi magiſter Non curſu. non ſaltu. non ceſtu poterat ſu
perari. Precioſiora ſunt interdum parui corporis vaſcula.
vt gemme lapilliq3 teſtantur. Nec ab re fuit quod de Tideo
ſcribit Statius in hunc referri. Maior in exiguo regnabat
corpore virtus. Dij formam huic homini et immortalitateʒ
ſi dediſſent is etiam erat deus. Sed nemo ſortitus eſt oĩa
inter mortales Nullum adhuc noui cui pauciora q̄ꝫ huic de
fuerint. Quid ꝙ minutiſſima etiam didicit quaſi alter Ap/
pelles ſic pingit. Nihil emendacius eſt nihilq3 lucidius q̄ꝫ
ſua manu ſcripti codices. Sculpit vt Praxiteles nec medi/
cine ignarus eſt. Adde virtutes morales que alios regũt du

cunctqꝫ. Noui meis diebꝯ pleroſqꝫ ſtudijs litterarū deditos
diſciplinis qui admodū habūdabāt. ſꝫ hi nihil ciuilitatis ha
bebāt. nec rem publicā. nec domeſticam regere norant Stu
puit Paglarenſis. et furti villicum accuſauit. qui ſuem fetam
vndecim procellos. vnū dumtaxat enixam pullum retulerat
Samitius mediolanenſis grauidū ſe putauit. diuqꝫ partū
veritus eſt. quia ſe vxor aſcendit. Hi tamen iuris maximum
lumen habiti ſunt. In alijs vero vel faſtum vel auariciā inue
nies. Hic perliberalis eſt. plena ſemper ei domus eſt hone/
ſtis hoſpitibꝯ nulli aduerſus eſt. pupillos tuetur. egros ſola
tur. pauperibꝯ ſubuenit. viduas iuuat. nulli indigenti deeſt.
vultus eius quaſi Socraticus ſemꝑ eſt idē. In aduerſis for
tem animū prebet. nulla fortuna inflatur. verſucias (nō vt ex
erceat ſed vt caueat) quaſlibet nouit. Ciuibꝯ dilectus eſt. pe
regrinis amatus. Nulli odioſus. nulli grauis: At hō tanta
rū virtutū. cur nūc rem leuiuſculā exigat haud ſcio. id ſcio ni
hil mihi illi negare fas eſſe. Eū nāqꝫ dū ſenis eſſet vnice dile
xi. nec diminutꝯ eſt amor q̄ꝫuis ſeꝑatus ſit. Is quoqꝫ cū eſſꝫ
ceteris nature dotibꝯ p̄ditus. tm̄ hac maxime pollebat. vt nul
lius erga ſe ſterilē eſſe amorē ſineret. Huiꝯ ergo rogatꝯ nō cen
ſui reſpuēdos. ſcripſiqꝫ duoꝝ amātū caſus. nec finxi. Res ac
ta ſenis eſt dū Sigiſmūdꝯ impator illic degeret. tu etiā ad/
eras. Et ſi verū his auribꝯ audiui operam amori dediſti. Ci
uitas veneris eſt aiūt. q̇ te norāt vehemēterqꝫ aſſerūt ꝙ ne/
mo te gallior fuerit. Nihil ibi amatorie geſtuꝫ te inſciū putāt
ideo hiſtoriā hanc vt legas p̄cor. et an vera ſcipſerim videas
nec reminiſci te pudeat ſi q̇d hmōi nōnunq̄ꝫ euenerit tibi. hō
em̄ fueras. Qui nūq̄ꝫ ſentit amoris ignes aut lapis ē aut be
ſtia. Iſſe nāqꝫ vel ꝑ deoꝝ medullas nō latet. igneū fauillam.

Neas ſiluius poeta imp̄ialiſqꝫ ſecretariꝯ S. p. d. Ma
riano zoſino vtriuſqꝫ iuris interp̄ti ꝛ ꝯciui ſuo. Rē pe/
tis haud ꝯueniētē etati mee. tue vero aduerſam ꝛ repugnātē
Quid em̄ eſt qꝺ vel me iam pene quadragenariū ſcribere. vl'
te quinquagenariū de amore ꝯueniat audire. Iuuenes ani/
mos res iſta delectat ꝛ tenera corda depaſcit. Senes em̄ tā
idonei ſunt amoris auditores q̄ꝫ prudentie iuuenes. nec q̇c/

q̃ȝ eſt ſenectute deformis. que venerem affectat ſine viribus
Inuenies tamẽ et aliquos ſenes amantes. amatos vero nul
los. nem et matronis ⁊ puellis eſt deſpectum ſenium. nulli9
amore tenetur mulier niſi quem viderit etate florentem. Si
quid aliter audis deceptio eſt. ego vero cognoſco amatoriũ
ſcriptum mihi non conuenire. qui iam meridiem pretergreſ/
ſus in veſperum feror. Sed non minus me ſcribere q̃ȝ te po/
ſcere deceret. Ego tibi debeo morigerus eſſe. tu vide q̇d po
ſtules. Nam quãto es natura maturior tanto equius eſt pa
rere amicicie legib9. quas ſi tua inſitia non veretur mandan
do infringere. nec ſtulticia mea timebit tranſgredi obediẽdo.
Tua in me tot ſunt beneficia vt nihil negare petitionũ tuaꝝ
queam. etiã ſi admixtũ ſit aliquid turpitudinis. Parebo igiẗ
petitioni tue iam decies multiplicate. nec amplius negabo
qđ tanto ꝯuitio poſtulas. Non tamen vt ipſe flagitas fictor
ero nec poete vtemur tuba dum licet vera referre. Quis em̃
tam nequã eſt vt mentiri velit cũ ſe vero poteſt tueri. q2 tu ſe/
pe amator fuiſti. nec adhuc igne carẽs. Vis tibi vt duorum
amantũ hiſtoriã texam. nequitia eſt que te nõ ſinit eſſe ſenem
Ero morigerus cupiditati tue. et hanc inguinis egri caniciez
prurire faciam. nec fingam quãdo tãta eſt copia veri. Quid
em̃ eſt toto terraꝝ orbe amore cõmunius. que ciuitas. quod
opuſculũ. que familia vacat exemplis. Quis triceſimũ nac/
tus annũ amoris cauſa nullũ peregit facinus. Ego de me fa
cio ꝯiecturã quem amor in mille pericula miſit. Ago ſuperis
gratias ꝙ ſtructas inſidias milies fugi. felicior aſtro marte.
quẽ vulcanus cũ venere iacentẽ ferreo illaqueauit reticulo.
deridẽdũ dijs ceteris oſtẽtauit. Sed alienos q̃ȝ meos amo/
res attingã. ne dũ vetuſti cineres ignis euoluo ſcintillã ad/
huc viuentẽ reperiã. Referã aũt mirũ amorẽ peneqȝ incredi/
bilem quo duo amãtes (ne dicã amãtes ſed errãtes) inuicem
exarſere Nec vetuſtis nec oblitteratis vtar exemplis. ſed no
ſtri tẽporis ardentes faces exponã. nec troyanos. nec babilo
nios. ſed noſtre vrbis amores audies. q̃ȝuis ex amantib9 al/
ter ſub arteo natus fuerat celo. forſitan et hinc fugere aliq̇d
vtilitatis licebit. Nam cum puella que in argumentũ venit

amatore perdito interplorandū meſtam ⁊ indignantē exala/
uerit animam. alter vero poſt hac nūq̄ꝫ vere leticie particeps
fuerit. ꝯmonitio quedam iuuenibꝰ erit his vt abſtineāt iugis
Audiāt igit̄ adoleſcentule. ⁊ hoc edocte caſu videant ne poſt
amores iuuenū ſe eant perditū Inſtruit hec hiſtoria iuuenes
ne milicie ſe accingant amoris. que plus fellis habet q̄ꝫ mel/
lis. Sed omiſſa laſciuia que homines reddit inſanos virtu
tis incūbant ſtudijs. que poſſeſſorem ſuū gloria beare poteſt
In amore autem quot lateant mala. ſi q̇s aliūde neſcit hinc
poterit ſcire. Tu vale ⁊ hiſtorie (quam me cogis ſcribere) at
tentus auditor eſto

Rbem Senas (vnde tibi ⁊ mihi origo eſt) intranti
Sigiſmūdo ceſari. quot honores impenſi fuerūt tā
vbiqꝫ vulgatū eſt. Palaciū illi apud ſacellum ſancte
marthe ſuper vicū qui ad tophorū ducit portam ſtrictam pa
ratū fuit. Huc poſtq̄ꝫ cerimonie peracte ſunt cū veniſſet Si
giſmūdus quatuor maritatas obuiam habuit nobilitate for
ma. etate. ornatuqꝫ pares. non mortales ſed deas quiſqꝫ pu/
tauit. Si tres dūtaxat fuiſſent. ille videri poterant quas refe
runt paridem ꝑ quietē vidiſſe. Erat Sigiſmūdus licet gran
deuus in libidinem pronus. matronarū alloquijs admoduꝫ
oblectabatur. ⁊ femineis blandimentis gaudebat. nec ſuaui
us illi quicq̄ꝫ fuit illuſtrium aſpectu mulierum. Ut ergo has
vidit diſſimiles. equo inter manus earum exceptus eſt. ⁊ ad
comites verſus ait. Similes ne vnq̄ꝫ his feminas vidiſtis
ego dubiꝰſum an facies humane ſint an angelice. vultꝰ ſunt
celeſtes certe. Ille oculos humi deijcientes vt verecūdiores
fiunt. ſic pulcriores reddūtur. Sparſo nanqꝫ inter genas ru
bore tales dabant ore colores quales indicum ebur oſtro vi
olatum. aut quales reddunt alba immixta purpureis roſis li
lia. Precipuo tamen inter eas nitore Lucreſia fulſit. adole/
ſcentula nondum annos viginti nacta. in familia camillorū
prediuiti viro Menelao nupta. indigno tamen. cui tantū de
cus domi ſeruiret. ſed digno queꝫ vxor deciperet. ⁊ ſicut nos
dicimus cornutū quaſi ceruuꝫ redderet. Statura mulieris
eminētior reliquis. Come illi copioſe ⁊ aureis lameis ſimi/

les. Quas nō more virginū retrofuſas miſerat. ſed auro gē/
miſqꝫ incluſerat. Frons alta ſpacijqꝫ decētis. nulla interſecta
ruga. Supcilia in arcū tenſa pilis paucis nigriſqꝫ debito in
teruallo diſiūcta. Oculi tanto nitore ſplendentes vt in ſolis
modū reſpicientiū intuitus ebetarent His illa ꝛ occidere q̄s
voluit poterat. ꝛ mortuos cū libuiſſꝫ in vitā reſumere Naſus
in filum directus. roſeas genas equali menſura diſcrimina/
bat. nihil his genis amabiliꝰ. nihil delectabilius viſu. Que
cū mulier riſit in paruaꝫ vtrinqꝫ dehiſcebāt foueā. nemo has
vidit qui nō cuperet oſculari. Os paruū decenſqꝫ Labra co
rallini coloris ad morſam aptiſſima Dentes paruuli ꝛ in or/
dinē poſiti. ex criſtallo videbātur. ꝑ quos tremula lingua de/
currens. nō ſermonē ſed armoniam ſuauiſſimā mouebat. q̇d
dicā mentis ſpeciē aut gule candorē. nihil illo in corpore nō
laudabile. interioris forme iudicium faciēte exteriori. nemo
hāc aſpexit qui viro nō inuideret. Erant inſuꝑ eius ī ore mul
te facecies. Sermo is fuit qualē rumor ē graccoꝝ matrē ha
buiſſe corneliā ſiue hortenſij filiam. nec ſuauius aliq̇d eiꝰ ora
tione nec modeſtius fuit. nō vt plereqꝫ triſti facie honeſtatem
oſtēdebat. ſed alacri vultu modeſtiaꝫ. nō timida. nō audax. ſꝫ
temperatū verecūdia metu virileꝫ animū ſub feminco corde
gerebat. Veſtes illi multiplices erāt. nō monilia. non fibule
nō balteri. non armille deerant. redimicula capitis mirifica.
multi vniones. adamāteſqꝫ tū in digitis. tū in certo fuere. nō
helenā pulcriorē fuiſſe crediderim q̊ die paridē in ꝯuiuio me
nelaꝰ excepit. nec ornatiorē andromachē. cū ſacris hectoris
iniciata eſt nuptijs. Inter has ꝛ katherina peruchia fuit que
paulopoſt diē functa. ceſarē in funeribꝰ habuit. q̇ gnatū eius
militia añ ſepulcrū donauit q̄uis infantē Huiꝰ q̊qꝫ mirabi
lis forme decus elucebat. inferior tñ lucreſia erat Dis de lu
creſia ſermo audiebaꝫ. hanc ceſar. hāc ceteri ꝯmendabāt in/
tuebātur qꝫ Quocūqꝫ illa vertebaꝫ. eo ꝛ oculi ſequebanꝫ om
niū aſtancium. Unus tamen inter illos plus equo in illaꝫ fe
rebatur Eurialus franco. quem nec forma nec diuitia amo/
ri reddebant ineptum Duorum vero ꝛ triginta annoruꝫ erat
Non eminentis ſtature. ſed lete grateqꝫ habitudinis Illu/

ſtris oculis malis ad gratiam rubeſcentibꝰ ceteris membris
non ſine quadam maieſtate decoris ſtature correſpondenti
bus. Reliqui curiales propter longinquam miliciam om̄es
auro excuſſi erant. Hic quia et domi habūdabat. ⁊ propter
amiciciam ceſaris magis munera recipiebat Indies ornati/
or conſpectibꝰ hominum reddebatur. longum famulorū or
dinē ponere ducebat. Tum equi tales illi erant quales in fa
bulis eſt ad troyam veniſſe mennonis. Nihil huic ad excer
citandum illum blandum animi calorem quem amorem vo
cant preter ociū deerat. Sed vicit iuuentꝰ ⁊ luxus. tum leta
fortune bona quibꝰ ille nutritur. nec potens Eurialus ſui vt
Lucreſiam vidit ardere puellā cepit. herenſqꝫ vultui niſi ſa/
tis vidiſſe putauit. nec impune dilexit Mira res. multi egre
gia forma iuuenes. ſed vnū hūc Lucreſia plures honeſti cor
poris mulieres. ſed hanc vnam Eurialus ſibi delegit. nō tm̄
hac ipſa die vel in ſe flammā Lucreſia cognouit Euriali vl̄
ille Lucreſie. Amare ſe fruſtra vterqꝫ putauit Ut igitꝰ ce/
rimonijs ſacro ceſaris capiti paractis modus fuit. ⁊ illa do
mū reuerſa in Eurialū tota. in Lucreſiam totus Eurialus fe
rebatur. Quis nūc Tiſbes ⁊ Priami fabulaꝫ demireꝰ. inter
quos notitiā ꝓmoſqꝫ gradꝰ vicinia fecit. quippe domos ha
buere ꝯtiguas. Tempore creuit amor. Hi nuſqꝫ ſe ꝓus vi/
derant nec fama cognouerant. Hic franco. illa etruſca fuit.
nec lingue ꝯmerciū interceſſit. ſed oculis tātū res acta eſt cū
alter alteri placuiſſꝫ Saucia ergo graui cura lucreſia. ⁊ igne
capta ceco iam ſe maritataꝫ obliuiſcaꝰ. Uirum odit. ⁊ alens
vulnerū vulnus. infixos pectori tenet Euriali vultus. nec vl
lam membris ſuis q̇eteꝫ prebet. ſecūqꝫ neſcio quid obſtat. ait
vt amplius herere viro nequeā. nil me iuuāt eius amplexus
nil oblectāt oſcula. faſtidiū ꝟba ingerūt. peregrini ſemꝑ ante
oculos eſt imago. qui hodie propior erat ceſari Excute cōce
ptas e caſto pectore flāmas ſi potes infelix. Si poſſem non
eſſem egra vt ſum Noua me vis inuitam trahit Aliud cupio
ſuadet. aliud mens. Scio qđ eſt meliꝰ. qđ deteriꝰ eſt ſequor
O ciuis egregia ac nobilis. quid tibi cum peregrino eſt. q̇d
in extraneo vreris. Quid nāqꝫ thalamos alieni concipis or/

bis Si virum vaſtidis. hec etiam poteſt dare terra. quod
ames Sed heu mihi. que nam illius eſt facies quā nō moue
at eius forma etas genus virtus Certe mea pectora mouit.
Et niſi ferat opem diſpereo. diȷ meliora dent Vach pro tam
ego caſtos hymeneos meqꝫ aduene neſcio cui credam. q̇ vbi
abuſus me fuerit abeat Virqꝫ ſit alterꝰ ⁊ me pene relinquat
Sed nō is eſt ciꝰ vultus nō ea nobilitas animi videtur nec
gr̄a forme illa eſt vt timeā fraudes ⁊ amoris obliuia nr̄i ⁊ da
bit ante fidē Cur tuta timeā Accingar ⁊ omnē morē pellam
Ego quoqꝫ ita ſum pulcra vt non me minus ille velit. q̄ꝫ ego
ipſum cupiā Semp̱ ſe mihi dabit ſi ſemel ad oſcula fuerit re
ceptus mea Quot me ambiūt proci. quocūqꝫ pergo Quot ri
uales ante fores excubant meas Dabo amori operā. aut hic
manebit. aut me ſecū abiturus adducet Ergo ego ⁊ matrē ⁊
virū et patriā relinquā Seua ē mater. ei meis ſp̱ infeſta gau-
diȷs Viro carere q̄ꝫ potiri malo Patria illic ē. vbi delectat vi
uere At famā perdā Quid mihi rumores hominū. quos ipſa
nō audiā Nihil audet q̇ fame minimis ſtudet Multe hoc fe
cerūt alie Rapi helcā voluit nō inuitā aſportauit paris. q̇d
dianā referā vel medeā Nemo errantē arguit q̇ cū multis er
rat Sic lucreſia. nec intra pectꝰ minora incendia nutriebat
Eurialus Medias inter Ceſaris curiā et Euriali domū. lu
creſia edes habuit. nec pallaciū Eurialus petere poterat. q̇n
illā ex altis ſe oſtentantē feneſtris haberet in oculis Sed eru
buit ſemp̱ lucreſia cū Eurialū vidit que res ceſarē dedit amo
ris cōſciū Nā cū ex ſua cōſuetudine nūc huc nunc equitaret
illuc ⁊ hac ſepe tranſiret. animaduertit mutari feminā Euria
li aduentu qui ſibi quaſi octauiano mecenas aſtabat Ad quē
ꝓſus Euriale ſiccine vris feminas Mulier illa te ardet. Se
mel tanq̄ꝫ amāti inuideret. vbi ad edes lucreſie ventū eſt Eu
riali oculos pilleo cōtexit Nec videbis inquit qḋ amas. ego
hoc ſpectaculo fruar Tū eurialus Quid hoc ſignū eſt ceſar
Nihil mihi cū illa Sed hoc facere vitandū ē. ne circūſtātes
in ſuſpitōem adducas Erat eurialo ſpadix equus arduc cer
uicis. anguſtiqꝫ capitis. quē et breuis aluus ⁊ obeſa tergo-
ra ſpectabilē reddebant animoſo pectore ⁊ thoris luxuriātē ſo

ſtante tuba. ſtare loco neſciebat Mutabat auribꝫ ⁊ collectū fremens voluit ſub auribꝫ ignē Denſa iuba. et dextro iacta ta recūbebat in armo Et canens tellurē. ſolido cornu grauiter ſonabat vngula Siḃs illi fiebat Euralius viſa lucreſia. Que lꝫ dn̄i ſola fuit claudere viā deſtinaſſet amori vt tamē illū aſpexit. nec modū flāme. nec ſibi ponebat Sꝫ vt ſiccus ager qui admiſſo igne cōburit̄. ſi chori pflant altius flāmeſcit. ſic infelix lucreſia exardebat. Ita eſt ſane et ſapientibꝫ videt̄ Humiles tm̄ caſas inhabitat caſtitas Solaq̄ꝫ pauperies affectu ſano tenet̄. ⁊ que dom⁹ ſe coercet modico. Diuites edes neſcit pudicicia. Quiſq̄s ſecūdis rebꝫ exultat ſp̄ inſolita appetit. delicatas eligit domos. et penates magnos. Dira fortune comes libido Intuens igit̄ Eurialūq̄ꝫ ſepe tranſeuntē lucreſia. nec ardorē cōpeſcere potens. diu ſecū cogitauit. cui ſe patefaceret. Nā q̇ tacit⁹ ardet magis vrit̄. Erat inter viri ſeruos zoſias teutonicus ſenex heroq̄ꝫ fidus cui iam ſeruiuerat diu liberabilit̄. hūc aggredit̄ amans plus nationi q̄ꝫ hoī credens Ibat magna procerum ſtipāte caterua per vrbē ceſariā q̄ꝫ lucreſie domū preteribat Que vbi adeſſe Eurialū cognouit adeſto inquit zoſia. paucis te volo. Reſpice deorſum ex feneſtra. vbi nā gentiū inuent⁹ ē huic ſimilis vidēs vt oēs calamiſtrati ſūt. electi emittentibꝫ humeris Aſpice ceſaries ⁊ madido cirro. cōtortos crines. Oh quales facies. om̄es lectea colla ferūt Quo ſeſe ore ferūt q̄ꝫ forti pectore. Aliud ē hoc hominū genus. quā terra noſtra pducat. ſemē hoc deorū eſt aut celo miſſa pgenies O ſi ex his mihi virum fortuna dediſſet. Niſi teſtes oculi eſſent. nunq̄ꝫ tibi narranti hec crediſſem. Et ſi fama fuerit preſtare oībus gētibꝫ germanos credo ſub ſectā boree fore plagam ex frigore magno albedinē mutuari. Sed noſtin tu alios. q̄ꝫ plurimos inquit zoſias Tū lucreſia Eurialū franconē noſti. Tanq̄ꝫ me ait zoſias Cur tamē hoc rogas Dicā inquit lucreſia Scio ꝙ in apertum nō ibit Hāc ſpem mihi tua bonitas facit Ex his qui ceſari aſtant. nemo mihi eſt Eurialo gratior In hunc anim⁹ me⁹ cōmot⁹ ē. neſcio q̇bus aduror flāmis. Nec illū obliuiſci. nec mihi pacem poſſum dare. niſi me facio notā Perge oro zoſia. cōueni Eu

rialũ dic meipſum amare Nil volo ex te amplius. nec tu fru/
ſtra hoc nuncium facies Quid audio. refert zoſias Heccine
me flagicia facere. aut cogitare hera. Prodã ne ego dñm. iã/
qꝫ ſenex incipiã fallere. qꝺ iuuenis abhorrui Quin potiꝰ cla
ra progenies huiꝰ vrbis extirpa nefanda flãmas e caſto pe/
ctore Ne obſequare dire ſpei. extingue ignẽ Nõ egre amorẽ
pellit. qui primis obſtat inſultibꝫ Qui dulce malũ blandien
do nutrit. duri et inſolentis dñi ſeruituti ſe dat nec cũ vult
excutere iugũ põt. ꝙ ſi hoc reſciret maritus. Heu ꝗbus te ille
laceraret modis Nullus diu latere põt amor. Tace inꝗt
lucreſia Nihil loci terrori eſt. nihil timet. que non timet mo
ri Quecũqꝫ dederit exitũ caſus ferã Quo miſera pergis zo
ſias retulit Domũ infamẽ reddis. ſolaqꝫ tui generis eris ad/
ultera Tutũ eſſe facinus reris mille circa te oculi ſunt. Non
ſinet genitrix occultũ ſcelus. nõ vir. nõ cognati. non ancille.
ſerui vt taceant. iumẽta loquẽtur. ⁊ canes. et poſtes. et mor/
mora te accuſabũt Atqꝫ vt celes oĩa qui videt oĩa. celare nõ
potes deũ. Diſce ꝙ pena preſens cõſcie mentis et animꝰ cul
pa plenus. ſeqꝫ ipſum timens negata eſt magnis ſceleribꝫ fi/
des Cõpeſce obſecro impij amoris flãmas expelle facinus
mente caſta horridũ Metue cõcubitus nouos miſcere tha
lamis mariti Scio rectũ eſſe qꝺ dicis retulit lucreſia ſꝫ fu
ror cogit ſequi peiora Scit animꝰ q̃ntũ ꝑcipiciũ inſtat. ⁊ ru
it Vincit ⁊ regnat furor. potẽſqꝫ mẽte tota dñaꝛ amor Stat
ſequi qꝺ regnum iubet amoris. Nimis heu nimis reluctata
ſum fruſtra. perfer ſi mei te miſeret nunciũ. Ingemuit ſuꝑ
his zoſias per qꝫ has canas ſenectute comas. feſſumqꝫ crini
bus pectus et fida que prebui genera ſeruitia. precor ſupplex
ſiſte furorẽ. teqꝫ ipſam adiuua. Pars ſanitatis ẽ velle ſanari.
Tum lucreſia nõ omnis ait ingeniũ reliquit pudor. Pare
bo tibi zoſia amorẽ (qui tegi nõ vult) Vnicũ effugiũ ẽ huiꝰ
mali morte vt preueniã nefas! Exterritꝰ hac zoſias voce mo
derare inquit hera mentis effrenẽ impetus coherce animos
Nũc vita es digna. quia te nec dignam putas. Decretum
eſt ait lucreſia mori Admiſſum ſcelus collatim vxor gladio
vindicauit. ego honeſtius preueniam morte cõmitendum.

Genus leti quero. laqueo ferro. precipitio. veneno vindicare
caſtitatem licet. vnū horū aggrediar Nō patiar inquit zoſi/
as Ait lucreſia Si quis more conſtituit, ꝓhiberi non pōt. ait
Porcia Cathonis. mortuo bruto cū ferrū ſibi ſubſtractum
eſſet carthones ardentes ebibit Si tam protervus inquit
zoſias incubat menti furor tue. vite q̄ȝ fame cōſulendū ē Fal
lax ſepe fama ē que mala melior. bono peior nōnunq̄ȝ datur
Temptemus hunc eurialū. ⁊ amorē operā demus Meus
erit ille labor. tibiqȝ ni fallor rem cōfectā dabo His dictis in
cenſum animū inflāmauit more. ſpemqȝ dedit dubie menti
Sed nō illi animus erat vt qd dixerat eſſet facturus. differ/
re animū femine querebat. furorēqȝ in munere. vt ſepe tp̄s ex
tinguit flāmas. ⁊ adimit egritudinē dies Exiſtimauit zoſi/
as falſis gaudijs puellā ꝑducere. donec vel ceſar abiret. vel
mens illius mutaretur. ne ſi negaſſet. alius nuncius querere
tur aut in ſe manus mulier iniceret Sepe igit̃ ire atqȝ redire
ſe finxit ⁊ illum gaudere amore ſuo ⁊ temp⁹ ydoneū querere.
quo inuicē effari poſſent dixit Interdum nō fuiſſe loquendi
oportunitatē nō nunq̄ȝ ſe mitti extra vrbem ſtuduit. ac in re/
ditum gaudia diſtulit Sic in dieb⁹ multis egrotū pauit ani
mū Et ne ꝑ oīa mentiretur. ſemel tantū adorſus eurialū O
q̄ȝ dilectus es hic ait Necilli querenti. quid hoc eſſet rn̄dit
At eurialus ſecreto cupidinis arcu percuſſus. nullā mēbris
quietē dabat Igne furtiuo populāte venas qui totas penit⁹
vorabat medullas Nō tn̄ zoſiā nouit nec lucreſie miſſum pu
tauit vt oīes minus ſpei habem⁹ q̄ȝ cupiditatis Hic vbi
ardere ſe vidit. diu prudentiā ſuā miratus ē. ſeqȝ multotiens
increpauit Euriale quid ſit amoris imperiū noſti Longi lu/
ctus. breues riſus. parua gaudia. magni metus Semꝑ mo
ritur ⁊ nunq̄ȝ mortuus ē qui amat Quid tu his iugis immi/
ſceas iter At cū ſe fruſtra. quid tandē ait in caſſum miſer amo
ri repugno Nū me licebit qd iuliū licuit. qd alexandrū qd ha
nibalem. viros armatos refero Aſpice poetas. virgilius per
funē tractus ad mediā turrim pependit. dum ſe mulier cule
ſperat viſurum amplexibus Excuſet q̄s poetā vt laxioris vi
te cultorem Quid de ph̄is dicemus diſciplinarū magiſtris.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

et artis bene viuendi preceptoribꝫ Areſtotelē tanꝙ equū mu
lier aſcendit. freno coercuit. ⁊ calcaribꝫ pupugit. Dijs equa
poteſtas eſt ceſaris. Non eſt verū qđ vulgo dicit. Non bene
ꝯueniūt nec in vna ſede morant. maieſtas ⁊ amor Quis ma
ior eſt amator ꝙ noſter ceſar. Quotiens hic amori operā de
dit: Herculē dicūt qui fuit fortiſſimus ⁊ certa deorū ſoboles
pharetris ⁊ leonis ſpolio poſitis colū ſuſcepiſſe paſſumqꝫ ap
tari digitis ſmaragdos. ⁊ dare legem rudibꝫ capillis ⁊ manu
que clauā geſtare ſolebat ꝓperante fuſo duxiſſe fila. Natura
lis eſt hec paſſio. Sentit ignes genus aligerū. Nam niger a
viridi turtur amat aue Et varijs albe iūgūtur ſepe columbe
Si ꝟborꝫ memini ꝙ ad phaonē ſiculꝫ ſcribit Sapho. ꝙd q̄/
drupes referā Mouet ꝓ ꝯiugio bella iumentū. timidi cerui
ꝓlia poſcūt. ⁊ concepti furoris dant ſigna mugiētes. vtūtur
hircane tigrides Vulnificus aper dentes acuit Peni qua/
ciūt terga leones. cū mouit amor ardēt inſani ponthi belue.
Nihil īmune eſt nil amori negatū Odiū parit cū iuſſit amor
Iuuenū feroces ꝯcitat flāmas. ſenſibuſqꝫ feſſis rurſus extin
ctos reuocat calores. Virginū ingemito ferit igne pectꝰ. ꝙd
ergo nature legibꝫ renitar. Omnia vincit amor ⁊ nos ceda/
mus amori. Hec vbi firmata ſunt. lenaꝫ querit. cui cras ad
nuptā ferēdas ꝯmittat. Niſus huic fidus comes erat ꝑharū
rerū callidꝰ magiſter. Hic ꝓuinciā ſuſcipit. mulierculāqꝫ cō
ducit. cui littere ꝯmittūtur in hāc ſentētiā ſcripte.

Alutarem te Lucreſia meis ſcriptis ſi qua mihi ſalu
tis copia foret. ſed omnis tum ſalutis tum vite ſpes
mee ex te pendet. Ego te magis ꝙ me amo. nec te pu
to latere meū ardorē. Leſi pectoris index tibi eſſe potuit vul
tus meus ſepe lacrimis madidus. ⁊ que vidente te emiſi ſuſ
piria. Fac benigne te precor ꝙ me tibi aperio Cepit me de/
cus tuum. vinctūqꝫ tenet eximia qua omnibꝫ p̄ſtas venuſta
tis gratia. Quid eſſꝫ amor ante hac neſciui. Tu me cupidi/
nis imperio ſubieciſti. pugnaui diu fateor violentū vt effu/
gerem dominū. ſed vicit meos conatus ſplendor tuus. vice/
rūt oculorꝫ radij quibꝫ es ſole potētior. Captus ſum tuꝰ nec
mei amplꝰ ꝯpos ſuꝫ Tu mihi ⁊ cibi ⁊ potꝰ ſaporē abſtuliſti

Te dies nocteſqꝫ amo. te deſidero. te voco. te expecto. te co
gito. te ſpero. de te me oblecto. tuus eſt animus. tecū ſum to
tus. Tu me ſola ſeruare potes. ſolaqꝫ ꝑdere. elige horū alte
rum. ⁊ quid mētis habeas reſcribe. nec durior erga me verbis
eſto ꝙꝫ fueras oculis. quibꝫ me colligaſti. Nō peto rē gran/
dem. vt alloquendi te copiā habeā poſtulo. hoc totū volunt
littere mee. vt que ſcribo dicere poſſum coram te Hoc ſi das
viuo ⁊ felix viuo. ſin negas extinguitur cor meum. quod te ma
gis ꝙꝫ me amat Ego me tibi ⁊ tue ꝯmendo fidei. vale anime
mi. ⁊ vite ſubſidium mee. Has vbi gemma ſignas accepit le
na feſtino curſu Lucreſiam poſcit. eaqꝫ ſala inuenta. hanc ti/
bi epiſtolā inquit tota ceſaria nobilior ⁊ potētior curia mittit
amator. vtqꝫ ſui te miſerat magnis precibꝫ rogat. Erat leno
cinio notata mulier. nec id lucreſiam latebat. ꝑmoleſteqꝫ tu
lit nefandam feminā ad ſe mitti. Atqꝫ in eam verſa que te ait
ſceleſta in hanc domū audacia mittit. que te dementia adire
meā p̄ſentiā ſuaſit. Tu nobiliū edes ingredi. tu matronas tē
tare potentes ⁊ violare audes legittimas faces. vix me conti
neo ꝗn in capillos inuolez tuos Tu mihi des litteras. tu me
alloquaris. tu me reſpicias. Niſi plus qđ me decet attēderē
ꝙꝫ qđ tibi ꝯuenit efficerē hodie ne poſt has tabellas amato/
rias ferres. I. ocius venefica tuaſqꝫ litteras tecuꝫ defer. imo
da potius vt lacerē igniqꝫ dedam Arripienſqꝫ papirū in par
tes diuerſas ſcidit. ⁊ calcatā ſepe pedibꝫ atqꝫ ꝯſputam in ci/
nerē ꝓiecit. Ac ſic de te ſumi ſuppliciū lena deberet igneqꝫ vi
ta dignior. Sed abi ocius ne te vir inueniat meus. ⁊ quas ti
bi remiſi de te poſcat penas Cauetoqꝫ admodū ne ante ꝯſpē
ctū redeas meū. Timuiſſꝫ alia mulier. ſed hec matronarꝫ no
rat mores ⁊ intra ſe inq̇t. Nūc vis maxime q2 te nolle oſten/
dis. Moxqꝫ ad illaꝫ Parce inq̇t dn̄a. putaui me bene facere
tibiqꝫ placitū iri. Si ſecus eſt da veniaꝫ imprudentie mee. ſi
nō vis redeā parebo. Tu quē deſpiceas amatorem videris
Atqꝫ his dictis e ꝯſpectu receſſit. Eurialio aūt inuento Re/
ſpira inquit felix amator. plus amat mulier ꝙꝫ amator. ſꝫ nūc
nō fuit reſcribendi ociū. inueni meſtā lucreſiā. At vbi te no/
mino tuaſqꝫ litteras dedo. hilarē vultū fecit mulieſqꝫ papirū

baſiauit. Ne dubita mox reſponſum dabitur. Et abiens ve
tula canit ne amplius inueniret ne ꝑ ꝟbis referret ꝟbera

Lucreſia vero poſtq̄ anus euaſit fragmenta ꝑquirēs epi/
ſtole particulas quaſq; ſuo loco repoſuit ⁊ lacera verba con
textuit iāq; legibile cyrographū fecerat. Quod poſtq̄ milies
legit milieſq; deoſculata. tandēq; inuolutū ſyndone inter p̄/
cioſa iocalia collocauit Et nūc hoc repetens nūc illud ꝟbuz
maiorē horatim bibebat amorē. Eurialoq; reſcribere ſtatuit
atq; hūc in modū dictatam epiſtolam miſit

Eſine ſperare quod aſſequi nō licz Euriale. parce litte
ris ac nūcijs me vexare Ne me illaruz ex grege credito
que ſe vendūt. non ſum quā putas nec cui ſubmittere lenam
debeas. Quere aliā inceſtandam. me nullus amor niſi pudi
cus aſſequatur. cum alijs vt libet agito Ex me nil poſtules
teq; me indignū ſcias. Vale Hec ep̄la q̄uis durior euria
lo viſa eſt ⁊ ꝯtraria lene dictis. viam tamē oſtēdit vltro citro
q; litteras miſſitādi. Nec dubitauit eurialus credere cui fi/
dem lucreſia prebuiſſ;. ſed angebat quia ſermonis ytalici ne
ſcius erat. ideoq; feruenti ſtudio curabat ediſcere. Et q̄ ſedu
lum faciebat amor breui tēpore doctus euaſit. ſoluſq; ſibi di
ctauit epiſtolas que ṗus ab alijs mutuabat quicq̇d etruſco
ſermone ſcribere oportuit. Reſpōdit ergo lucreſie nil ſuccen
ſendū eſſe ſibi q̄ infamē miſerat feminā. cū id ſe peregrinū la
teret qui alio vti nūcio non potuerat miſſionis amorm fuiſſe
cauſam. qui nil quereret inhoneſti. Credere ſe fore pudicā ca
ſtiſſimāq; atq; idcirco maiori dignā amori. inſolentem femi
nā honoriſq; ſui prodigaz nedum ſe nō diligere ſed maximo
odio proſequi. Pudicicia nāq; amiſſa nil eſſe qd in femina
ꝯmendetur. Formā eſſe delectabile bonum. ſed fragile cadu
cūq;. et cui niſi pudor aſſit nihil precij detur. cui pudiciciam
forme adiunxerit eā diuinā eſſe mulierem. ipſam vtraq; do/
te pollentē ſcire. ac ꝓpterea coli a ſe que nihil ab ea peteret li/
bidinoſum aut offuturū fame. Optare ſe tantum alloqui. vt
animū ſuum qui ſcriptis plene oſtendi nequit verbis aperiat
Cum his litteris munera miſit nō ſolū materia ſed etiā p̄cio
ſa ope Ad hec lucreſia ſic reſcripſit. Accepi lr̄as tuas. iāq;

nil amplius de lena queroꝛ. ꝙ me ames nō magnifacio. quia
nec ꝓmus es nec ſolus quē mea foꝛma deceperit. Multi et
amauerūt ⁊ amant me alij. ſ; vt illoꝝ ſic ⁊ tuus erit vacuꝰ la
boꝛ. Habere verba tecū nec poſſum nec volo. Inuenire me
ſolam niſi fias hyrūdo nō potes. Alte ſunt domꝰ ⁊ additus
cuſtodia clauſi. Munera tua ſuſcepi. qꝛ oblectauit me opus
illoꝝ. ſed ne q̇d tuū gratis apud me ſit neue hoc pignꝰ videa
tur amoꝛis. remitto ad te annulū quē matri mee vir dedit. vt
apud te quaſi ꝑciū ſit vēditoꝝ iocaliū. nec em̄ minoꝛis eſt gē
ma eius q̄ȝ munus tuū Uale. His Eurealꝰ replicauit
Magno mihi gaudio fuit epiſtola tua que finem querelis
facis de lena. S; angit me ꝙ amoꝛē paruipendis meū. nam
et ſi te plures amāt nulloꝝ tamē ignis ꝯparādus meū. At tu
hoc nō credis quia loqui nequeo tecū. id ſi dareť nō me con
teneres. O vtinā fieri poſſem hyrūdo. ſed libentius trāſfoꝛ/
mari in pulicē vellē. ne mihi feneſtrā clauderes At ego nō ꝙ
nequeas ſed nō nolis doleo: nam q̇d ego niſi animū reſpitio
Ach mihi Lucreſia quid in te nolle En ſi fieri poſſis me no
lis alloqui q̇ tuus ſum totus. Qui nil magis cupio q̄ȝ tibi ge
rere moꝛē: que ſi iubes in ignē ire citius obediam q̄ȝ ꝑcipias
Mitto obſecro verbū hoc Si nō datur facultas. aſſit volū
tas tamē. ne me verbis eneca que vitā oculis mihi ꝑbes Si
non placet me alloquiū petere. qꝛ non ſit impetrādū obſeq̄r.
Sed muta ſententiā illā que meū laboꝛē vacuū dixiſti futu/
rū. Abſit hec crudelitas. mitioꝛ eſto amanti tuo. Si ꝑgis ſic
loqui. fies homicida nec dubita. Facilius tu me v̄bis inte
rimeres q̄ȝ alius q̇uis gladio. deſino iam plura poſcere. vt re
dames tantum poſtulo. nihil eſt qꝺ obijcias. nemo poteſt te
pꝛohibere. Dic te me amare ⁊ beatꝰ ſum. Munuſcula mea
quouiſmodo apud te ſint Statū eſt illa te aliquādo mei ad/
monebūt amoꝛis. Sed parua illa fuerūt ⁊ minoꝛa ſunt que
nūc mitto. tu tamē noli ſpernere qꝺ amatoꝛ donat. Maioꝛa
indies ex patria debent afferri. cu; aderūt ex me recipies. An
nulus tuus nunq̄ȝ ex digito meo recedet. ⁊ illum vice tua cre
bris oſculis reddam madidum. Uale. dilectum meū ⁊ mihi
quod potes ſolacium dato.

Ic cũ frequenter replicatũ eſſet in hũc tandem modum
lucreſia dedit epiſtolam. Uel eſt tibi euriale morem ge
rere. teqꝫ vt petis amoris mei participem facere Nam id tua
nobilitas meretur ⁊ mores tui depoſcunt vt incaſſum ames
Tacco q̄ꝫtum mihi placet forma tua ⁊ plena benignitatis fa
cies. ſed mihi nõ eſt vſu te vt diligam. noſco meipſam. ſi amã
re incipiã. nec modum nec regulam ſeruabo. Tu hic diu eſſe
non potes. nec ego te poſtq̄ꝫ in ludũ venerim poſſem carere.
Tu me nolles abducere. at ego nollem manere. Mouẽt me
multarũ exempla. que per peregrinos amantes deſerte ſunt.
ne tuum amorem ſequar. Jaſon medeam cuius auxilio vigi
lem interemit dracone̅. ⁊ vellus aureum aſportauit reliquit.
Tradendus erat theſeus minothauro in eſcam. ſed ariadne
fretus conſilio euaſit. illam tame̅ deſertam apud inſulam de
ſeruit. Quid dido infelix. que profugum recepit eneã. num
illi peregrinus amor interitum dedit Scio quãti periculi eſt
amorem extraneũ admittere. nec me tantis obijciam diſcri/
minib9. Uos viri ſolidioris eſtis animi. furoreq̄ꝫ magis cõ/
peſcitis. Femina vbi furere incipit ſola poteſt morte aſſequi
in terminũ. non amant ſed inſaniũt mulieres. Et niſi corre/
ſpondeat amor nil eſt amante femina terribilius. Poſtq̄ꝫ re/
ceptus eſt ignis nec famã curamus nec vitam vnicũ remedi
um eſt ſi copia ſit amati. naꝫ quo magis caremus magis cu
pimus. nec diſcrimen timemus vllum dum noſtri libidini ſa
tiſfiat. Mihi ergo nupte nobili diuiti ꝯſultum eſt amori viã
precludere. ⁊ tuo p̄ſertim qui non poteſt eſſe diuturnius Ne
vel rodopeia phillis dicar. vel altera ſapho. Jdeo te oratum
volo ne vltra meum expoſcas amorem. et tuum vt paulatim
comprimas extinguaſqꝫ. naꝫ id eſt viris q̄ꝫ feminis multo fa
cilius. nec tu ſi me vt dicis amas. id ex me querere debes qđ
mihi exitio ſit. Pro tuis donis remitto auream crucem mar
garitis ornatam. que licet breuis ſit. non tamen precio caret
Uale Non tacuit Eurialus his acceptis litteris ſed vt
erat nouis ſcriptis incenſus calamum ſuſcepit. atqꝫ ſub hac
forma dictauit epiſtolam.

Alucanime mi Lucreſia. que me tuis litteris ſaluũ fa/

cis.etſi nō nil fellis immiſceas.ſed hoc ſpero me audito di/
ſtrahes. Uenit meas in manus epiſtola tua clauſa ⁊ tua gē/
ma ſignata.hanc ⁊ legi ſepe.⁊ deoſculatꝰ ſum ſepius.ſed hec
aliud ſuadet q̄ꝫ tuus videt̄ animus fuiſſe Rogas me vt ama
re deſinaquiam nō expedit tibi peregrini flammas ſeq̄ amo
ris. Et ponis exempla deceptarū matronarū.ſed hoc tā or/
nate culteqꝫ ſcribis vt mirari magis ⁊ amare tuū ingenium
debeam q̄ꝫ obliuiſci.quis eſt ille qui tūc amare deſinat quan
do prudentiorem ⁊ ſapientiorem animaduertat amicā. Si
meum minuere amorem volebas.non oportuit doctrinā tu
am oſtendiſſe. Nam hoc non eſt incenſum extinguere.ſed ig
nem maximū ex parua conflare fauilla Ego dum legi magis
exarſi videns forme tue preclare ⁊ honeſtati ꝯiunctā eſſe do/
ctrinam.verba ſunt tamē quibꝰ rogas vt amare deſiſtam.ro
ga montes vt in planū veniant.atqꝫ fontes ſua repetant flu/
mina.tam poſſem ego te non amare q̄ꝫ ſuū relinquere phebꝰ
curſum. Si poſſunt carere niuibꝰ ſitie montes.aut maria pi
ſcibꝰ.aut feris ſilue.poterit ⁊ obliuiſci eurialus tui. Non eſt
pronū viris vt reris Lucreſia flāmas extinguere.nam qđ tu
ſexui noſtro aſſcribis. pleriqꝫ veſtro aſſignāt.ſꝫ nolo hoc cer
tamen nūc aggredi.ad ea me reſpondere oportet que in ad/
uerſum retuliſti. Idcirco em̄ nolle te inde iamqꝫ reſpondere
amanti ſignificas.quoniam multas peregrinus amor dece/
pit Exemplaqꝫ ponis .ſed poſſem ego plures referre quos fe
mine relinquerunt. Troylum ſicut noſti Priami filium Cri
ſis decepit. Deiphebum Helena prodidit. Amantes Circe
ſuos varijs medicamentis vertebat in ſues.atqꝫ in aliarum
terga ferarum. Sed iniquū eſt ex paucarū ꝯſuetudine totū
vulgus cenſere.nam ſi ſic peregrinus ⁊ tu ꝓpter duos treſve
malos aut etiam decem viros omnes accuſabis horrebiſqꝫ
et propter totidem feminas cetere omnes erunt odio mihi.
Quin potius alia ſumamus exempla qualis amor anthonij
cleopatreqꝫ fuit.et aliorum quos epiſtole breuitas referri nō
ſinit. Sed tu Ouidium legiſti inueniſtiqꝫ poſt troyam diru
tam achiuorum plurimos dū remeant peregrinis retentos
amoribꝰ nunq̄ꝫ in patriam reuertiſſe. Neſcrūt namqꝫ amatri/

cibus ſuis. carereqꝫ potius neceſſariȷ̄s. domo regnis ⁊ aliȷ̄s que ſūt in patria cuiqꝫ gratiſſima voluerūt q̄ꝫ amicas relinq̄re. Hec te rogo mi lucreſia cogites. nō illa que ſunt nr̄i amori aduerſa. et que pauci fecerūt. Ego ea mente te ſequor. vt ꝑpetuo te amem. ſimqꝫ ꝑpetuo tuus. Nec tu me ꝑegrinū dixeris. magis nanqꝫ ciuis ſum q̄ꝫ q̇ hic naſcit̄. nam illū caſus fecit ciuē. me vero electio Nulla mihi patria erit. niſi vbi tu ſis Et q̄ꝫuis aliq̄n cōtingat me hinc abire. redit⁹ tamē feſtinus erit. nec ego in teutoniā reuertar. niſi res cōpoſiturus. ordinaturuſqꝫ vt tecū eſſe q̄ꝫdiu poſſim. facile manēdi apud te reperiet̄ occaſio Multa his in partib⁹ ceſaris negocia ſunt. hec mihi cōmitti expediēda curabo Nunc legatōne fungar. nūc mun⁹ exercebo. vicariū in ſtrucia ceſarē habere oportꝫ. hāc ego ꝓuinciā impetrabo Ne dubita ſuauiū meū lucreſia. meum cor. ſpes mea Si viuere abſqꝫ corde poſſū ⁊ te relinquere poſſum Age iam tandē miſerere amātis tui. qui tanq̄ꝫ nix ad ſolē liqueſcit Cōſidera meos labores ⁊ modū iam deniqꝫ meis martiriȷ̄s ſtatue. quid me tam diu crucias Miror ego mei. q̇ tot mala perpeti potuerim. qui tot noctes in ſomnes duxi. q̇ tot ieiunia toleraui. vide q̄ꝫ macer ſū q̄ꝫ pallidus. parua res ē. q̄ ſpiritū alligatū corꝑi detinet Si tibi aut parentes aut filios occidiſſem. nō poteras de me maius q̄ꝫ hoc ſupplicīū ſumere. ſi ſic me punis qꝛ te amo. q̇d igitur facies qui tibi dānū dederit aut malū. Ach mea lucreſia. mea hera. mea ſalus. meū refugiū. ſuſcipe me in graciā Demū reſcribe me tibi carū eſſe Nihil aliud volo liceat me dicere. ſeruus lucreſie ſum. Et reges ⁊ ceſares amāt ſeruos vbi fideles nouerint Nec diȷ̄ dedignātur reclamare qui amant Vale ſpes mea. meuſqꝫ metus Vt turris (que fracta interius) inexpugnabilis videt̄ exterius. ſi aries admotus fuerit mox confringit̄ ſic Euriali ꝟbis lucreſia victa eſt Poſtq̄ꝫ enī ſedulitatē amātis ap te cognouit. et ipſa diſſimulatū patefecit amorē. atqꝫ his lr̄is Euri alo ſic aparuit.

On poſſum tibi amplius aduerſari. nec te amplius Euriale mei amoris exptē habere poſſū. viciſti. iāqꝫ ſum tua Me miſeram que tuas ſuſcepi litteras. ni

miꝫ̃ multis exponēda ſum periculis.niſi tua me fides ⁊ pru-
dentia iuuet.vides vt ſerues que ſcripſiſti in amorē iam tuū
venio.ſi me deſeris et crudelis ⁊ proditoꝛ ⁊ omniū peſſimus
es Facile eſt femellā decippe.ſed quāto facilius tanto turpiꝰ
Adhuc es integra ē.ſi putas me deſerendā .dicito anq̃ȝ ma
gis amoꝛ ardeat Nec incipiamus quod poſtmodū incepiſſe
peniteat Omniū rerum reſpiciendus eſt finis.Ego vt femia
rū eſt parū video Tu vir es.te mei ⁊ tui curā habere opoꝛtet
do me iam tibi.tuāq̃ȝ ſequoꝛ fidē Nec tue eſſe cupio.niſi vt
ſim ꝑpetuo tua Uale meū pꝛeſidiū.meeq̃ȝ ductoꝛ vite Poſt
hanc plures ep̃le miſſe vtrimq̃ȝ ſunt.nec tam ardēter ſcripſit
Eurialus.q̃ȝ feruēter lucreſia r̄ndit. vnū iā vtriq̃ȝ deſideriuȝ
erat ſil' cōueniēdi.ſed arduū ac pene impoſſibile videbat̃ om-
niū oculis lucreſiā obſeruantibus. Que nec ſola vnq̃ȝ egre-
diebat̃.nec vnq̃ȝ cuſtode carebat.nec tam diligēter bouē iu-
nonis cuſtodiuit argus q̃ȝ menelaus iuſſerat obſeruari lucre
ſiam.viciū hoc apud ytalos late patet.feminā ſuā quaſi the-
ſaurū quiſquis recludit.meo iudicio minus vtiliter Sūt em̄
fere eiuſmodi mulieres oēs.vt id potiſſimū cupiāt quod ma
xime denegat̃.que vbi velis nolunt.vbi nolis cupiunt vltro.
Ne ſi liberas hn̄t habenas in minus delinquūt Exm̄ tā faci
le eſt inuitam cuſtodire mulierē.q̃ȝ in feruente ſole pulicū gre
gem obſeruaſſe.niſi valde caſta ſit mulier fruſtra maritus ni
titur apponere ſeruantes eam.ſed quis cuſtodiet ipſos cuſto
des.Cauta eſt.⁊ ab illis incipit vxoꝛ indomitum animal eſt
mulier.nulliſq̃ȝ frenis retinendum Erat lucreſie ſpurius fra
ter.huic ſepe tabellas cōmiſerat Eurialo deferendas hūc em̄
ſui amoꝛis conſcium fecerat.Cum hoc igitur cōuenit̃ Euri
alū domi vt clam recipiat. habitabatq̃ȝ hic apud nouercam
ſuā lucreſie matrē.quā lucreſia ſepe viſitabat.⁊ ab ea ſepe vi
ſitabatur.nec em̄ magno interuallo diſtabant. Oꝛdo ergo is
erat.vt clauſo in conclaui Eurialo .poſtq̃ȝ mater eccleſiaſti-
cas auditura cerimonias exiuiſſet lucreſia ſupueniret tanq̃ȝ
matrē domi cōuentura.qua non inuenta reditum expectaret.
interim vero apud Eurialum eſſet. Poſt biduum ſtatutus
erat terminꝰ at hi dies tanq̃ȝ anni viſi ſunt amātibꝫ longi.vt

bene ſuſpirantibus hore ꝓducte ſunt. male ſuſpirantibꝫ cor/
repte. ſed nō arriſit amantū deſiderijs fortuna. preſentit nan/
qꝫ inſidias mater atqꝫ dies venit egreſſa domū preuignū ex/
cludit. qui mox eurialo triſte nunciū tulit. Cui nō minus q̄ꝫ
Tu meum equū aſcendes menelae. ego tuam vxorem equi/
tabo. Conuentū erat vt noctis ad horā quintā in vico Euri
alus eſſet. ſperaretqꝫ bene ſi cantantē pandalū audiret. abie/
rat menelaus. Jamqꝫ celū noctis obduxerant tenebre. muli
er in cubili tempus manebat. eurialus ante fores erat. ſignū
qꝫ morabatur. nec cantum audiebat nec ſcreatum Jam p̄te
rierat hora. ⁊ vt abiret Eurialus ſuadebat achates. deluſum
qꝫ dicebat. Durum erat amanti recedere. ⁊ nūc vnā nūc aliā

cauſam manendi querebat. nõ canebat Pandalus qꝛ mene
lai frater domi manſerat. ⁊ oı̃es aditus ſcrutabatᷓ ne q̇d in
ſidiarum fieret. noctemq; trahebat inſomnẽ. cui Pandalus
nunq̃ʒ ne hac nocte cubitum ibimus. Jam nox mediuz poli
tranſcendit axem ⁊ me grauis occupat ſomnus Miror te cũ
iuuenis ſis ſenis habere naturam quibꝫ ſiccitas ſomniũ au/
fert. nunq̃ʒ dormiũt niſi paululũ prope diem duz currus vol
uitur ſeptentrionalis. cum iam tempus eſſet ſurgendi. eamꝰ
tamen tandẽ dormitum. quid ſibi he volunt vigilie. Eamus
inquit agamennon ſi tibi ſic videtur. antea tamẽ inſpiciende
ſunt fores an ſatis firmate ſint ne furibꝫ pateant. Venienſq;
ad hoſtium nũc vnam nũc aliam ſeram ãmouit ⁊ peſſuluz ad
didit. Erat illic ingens ferrũ q̄ vix duo poterãt eleuare quo
nũq̃ʒ hoſtium claudebatur. Quod poſtq̃ʒ agamennon ãmo/
uere nõ potuit. iuua me inquit pandale admoueamus ferruz
hoc hoſtio. tum dormitũ ibimus. Audiebat hos ſermones
curialus et actum eſt. tacitus ait ſi hoc ferramentum adiun/
gitur. Tum pandalus quid tu pares agamennon tanq̃ʒ do/
mus obſidenda ſit firmare hoſtium paras. an tuta ſumus in
ciuitate. libertas hic eſt. et quies omnibꝫ eadem cum hoſtes
procul ſunt quibꝫ cum bella gerimus florentini. Si fures ti
mes ſat clauſum eſt Si hoſtes nihil eſt quod in hac domo te
poſſit tueri Ego hac nocte non ſubibo onus. quia ſcapulas
doleo ⁊ infra ſum fractus. nec geſtandis oneribꝫ ſum idone/
us. aut tute leua aut ſine Vach ſatis eſt inquit agamennon
dormitũq; ceſſit. tum Eurialus manebo hic adhuc horam
ait ſi forte aliquis adaperiat. Tedebat achaten more tacitus
q; maledicebat curialo. qui ſe tam diu retineret inſomnẽ. nec
diu manſum, cum per rimulam viſa eſt lucreſia parum quid
luminis ſecum ferens. Verſus quam pergens Eurialus ſal
ue mi anime lucreſia dixit. At illa exterrita fugere primuz vo
luit. Exinde recogitans Lucreſia quis tu es vir ait. Euria/
lus inquit tuus ſum. aperi mea volaptas meumq; gaudium
iam mediam noctem te hic operior. Agnouit Lucreſia vocẽ
ſed quia ſimulationem timebat non prius auſa eſt aperire q̃ʒ
ſecreta inter ſe tantum nota percepit. Poſt hec magno labo

re ſeras remouit.ſed qꝛ plurima ferramenta fores retinebant
que manus feminea ferre non poterat ad ſemipedis dũtaxat
amplitudinē hoſtiũ patuit. Nec hoc ait Eurialus obſtabit
extenuãſqꝫ ſuũ corpus ꝑ dextrũ latus intro ſe ꝯiecit. Mulie
remqꝫ mediã amplexatus Achates foris in excubijs manſit
Tum lucreſia ſiue timore nimio ſiue gaudio exanimata in/
ter euriali deficiens brachia pallida facta eſt. ⁊ amiſſo verbo
ac oculis clauſis ꝑ oĩa ſimilis mortue videbat̃.niſi ꝙ ad/
huc calor pulſuſqꝫ manebãt Exterritus eurialus ſubito caſu
quid ageret neſciebat. Secũqꝫ ſi abeo inquit mortis ſum re
us qui feminã in tanto diſcrimine deſeruerim Sin maneo.
interueniet agamennon aut alius ex familia ⁊ ego perierim.
Heu amor infelix qui plus fellis q̄ꝫ mellis habes.nõ tã ab/
ſinthiũ eſt amarũ q̄ꝫ tu. Quot me iam diſcriminibꝫ obieciſti.
quot mortibꝫ meũ caput deuouiſti. Hoc nũc reſtabat vt me
is brachijs feminã exanimares.cur me nõ potius interemi/
ſti.cur me leonibꝫ nõ obieciſti.heu q̄ꝫ optabilius erat in huiꝰ
me potius gremio q̄ꝫ iſtã in meo ſinu defeciſſe. Vicit amor
virũ.abiectaqꝫ ꝓpria cura ſalutis cũ femina mãſit.eleuanſqꝫ
altius mutũ corpus atqꝫ deoſculãs madidus lachrimis heu
lucreſia inquit.vbi nam gentiũ es.vbi aures tue.cur nõ re/
ſpondes.cur nõ audis.aperi oculos obſecro meqꝫ reſpice.ar
ride mihi vt ſoles tuus hic eurialus aſſum.tuꝰ te amplectit̃
eurialus.cur me nõ ꝯtrabaſias Miror abiſti an dormis vbi
te querã.cur ſi mori volebas non me monuiſti vt occidiſſem
vna.niſi me audis en iam latus meũ aperiet gladius. ⁊ ãbos
habebit exitus vnus Ach vita mea.ſuauiũ meũ.delicie mee
ſpes vnica.integra quies.ſiccine te lucreſia ꝑdo Attolle ocu
los.eleua caput.nondũ mortua es. Video adhuc cales.ad/
huc ſpiras.cur mihi nõ loquaris. Sic me recipis ad hec me
gaudia vocas.hanc mihi das noctem.aſſurge oro requies
mea.reſpice tuũ Eurialum.aſſum tuus eurialus: Ac ſic fa/
tus lachrimarũ flumen ſuper frontē ⁊ mulieris timpora plu
it.quibus tanquã raſis aquis excitata mulier quaſi de graui
ſomno ſurrexit.amantemqꝫ videns heu me inquit Euriale
vbinam fui.cur non me potius obire ſiniſti beata iam mori/

bat in tuis manibus Utinā ſic excederē anteq̄ꝫ tu hac vrbē diſcederes.

Um ſic inuicē fantur in thalamū pergūt Ubi talem noctem habuerūt. qualē credimus inter duos amantes fuiſſe poſtq̄ꝫ manibꝫ altis raptā helenā par abduxit. Tanq̄ꝫ dulcis nox iſta fuit vt ambo negarent tā bene inter martē venerēq̄ꝫ fuiſſe. Tu meus es gammides. tu meus ypolitus. diomedeſq̄ꝫ meus dicebat lucreſia Tu mihi polixena Eurialus referebat tu emilia. tu venus ipſa. et nunc os nunc genas nūc oculos cōmendabat. Eleuataq̄ꝫ nōnunq̄ꝫ lodice. ſecreta q̄ nō viderat ante hac cōtemplabat et plus dicebat inuenio q̄ꝫ putarē. Talem lauantē vidit actheon in fonte dyanā. Quid his mēbris formoſius quid candidius. Jam redemi periculo quid eſt qꝺ ꝓpter te nō debeat ſuſtineri. O pectus decorū. o papille p̄nitide. Uos ne tango. vos ne habeo. vos ne meas incidiſtis manus O teretes artus. o redolens corpus. te ne ego poſſideo. nūc mori ſacius eſt. qn̄ hoc gaudiū eſt recens. ne qua interueniat calamitas Anime mi teneo te. an ſomnio. Uera ne iſta voluptas eſt. an extra mentem poſitus ſit reor. nō ſomnio. certe vera res agitur. O ſuauia baſia. o dulces amplexus. O melliflui morſus nemo me felicius viuit. nemo beatius. Sed heu q̄ꝫ veloces hore. Inuida nox cur fugis. mane appollo. mane apud inferos diu. Cur equos tam cito in iugū trahis. plus graminis edant. da mihi noctē vt alemene dediſti. cur tu iam repente titoni tui cubili relinquis aurora. Si tam illa grata eſſes q̄ꝫ mihi lucreſia. haud tam mane ſurgere te permitteret. Nunq̄ꝫ mihi nox viſa eſt hac breuior. quāuis apud britānos dachoſq̄ꝫ fuerim. Sic eurialus. nec minora dicebat lucreſia. Nec ſoſculū nec verbū irrecōpenſatū preterijt. ſtringebat hic. ſtringebat illa. nec poſt venerē lapſi iacebāt. Sed vt antheus ex terra validior reſurgebat. ſic poſt bellū alacriores iſti robuſtioreſq̄ꝫ fiebant. Nocte pacta cum crines ſuos ex oceano tolleret aurora diſceſſum eſt. nec poſt multos dies redeundi copia fuit creſcentibus dietim cuſtodijs ſed omnia ſuſperauit amor. viāq̄ꝫ tandem cōueniēdi reperit. qua ſe xſi amantes ſunt. In

terea ceſar (qui tā eugenio recōciliatus erat) romā petere de/
ſtinauit. Sentit hoc lucreſia. quid em̄ nō ſentit amor. aut q̇s
fallere poſſit amantē ſic igitur lucreſia ſcripſit eurialo.

I poſſet animus meus iraſci tibi. iam ſuccenſerē. ꝙ
abiturum te diſſimulaſti Sed amat te q̄ꝫ me magis
ſpiritus meꝰ. nullaqꝫ potes ex cauſa aduerſus te mo
ueri Heu mi cor quid eſt qđ mihi ceſarem nō dixiſti receſſu
rum. ille itineri ſeparat. nec tu hic manebis ſcio. quid obſecro
de me fiet. quid agā miſera. vbi requieſcā. ſi me relinquis. nō
viuo biduum. Per ergo has lr̄as meis lachrimis madidas.
perqꝫ tuā dexterā et datam fidē. ſi de te quicq̄ꝫ merui. aut tibi
fuit quicq̄ꝫ dulce mecū. miſerere infelicis amantis Nō peto
vt maneas. ſed vt tollas me tecū Fingā me veſperi bethleem
petere velle. vnicāqꝫ recipiā auū. aſſint illic duo treſue famuli
ex tuis me rapiāt. nihil negocij eſt volentē eripere. nec tibi de
decori puta. nā filius priami cōiugem ſibi raptu parauit. nō
iniuriaberis viro meo. is em̄ omino me perditurus ē Nanqꝫ
niſi me abducas. mors illi me aufert. ſed nolis tu eſſe crude/
lis. meqꝫ morituram relinquere que te pluris ſemper q̄ꝫ me fe
ci. Ad hec eurialus in hūc modū reſcripſit Celaui te vſqꝫ
nūc mea lucreſia. ne te nimiū afflictares anteq̄ꝫ tempus eſſet.
Scio mores tuos noui quia te nimis crucias. nec ceſar ſic
recedit vt nō ſit reuerſurus ex vrbe poſtq̄ꝫ reuenerimus. hac
iter ē nobis in patriā. ꝙ ſi ceſar aliam viam fecerit. me certe ſi
vixero reducē videbis. negēt mihi patriā ſuperi. errabūdoqꝫ
ſimilē me reddant vlixi. niſi huc reuertar Reſpira ergo mi ani
me. ſumeqꝫ vires. noli te macerare. quin viue potiꝰ leta. Qđ
dicis de raptu eſſet mihi tū gratiſſimū tum iocundiſſimum
nec maior mihi voluptas preſtari poſſet q̄ꝫ te ſemꝑ mecū ha/
bere ac meo ex arbitrio potiri. ſed conſulēdum eſt magis ho/
nori tuo q̄ꝫ mee cupiditati Exigit nanqꝫ fides tua qua me cō/
plexa es. tibi vt cōſiliū fidele prebeā ⁊ quod in rem ſit tuā Tu
te ſcis ꝑnobilem eſſe. ⁊ in clara familia nuptā Nomē habes
tum pulcherrime. tū pudiciſſime mulieris. nec apud ytalos
ſolum tua fama claudit. ſed ⁊ teutones et panonij. et bohemi
et omnes ſeptentrionis populi tuū nomē cognoſcūt. ꝙ ſi te

rapiā (mitto dedecus meū qđ tui cauſa floccifacere) qua ig/
nomina tuos afficeres neceſſarios. q̇bus doloribꝫ matrē pū
geres. q̇d de te dicereṫ. q̄s rumor exiret in orbē. Ecce lucreſiā
que bruti cōiuge caſtior. penelopeq́ꝫ melior dicebaṫ. iam me
chum ſequiṫ īmemor parentū ⁊ patrie. nō lucreſia. ſed ippia ē
vel iaſonē ſecuta medea. Heu me quātus meror. cū de te ta/
lia dici ſentirē. amor noſter clā eſt. nemo te nō laudat. rapina
turbaret oīa. nec vnq̄ꝫ tam laudata fuiſti q̄ꝫ tunc vitupareris
Sed mittamus famā quid qđ nos amore noſtro ꝑfrui nō vale
mus Ego ceſari ſeruio. is me virū fecit potentē. diuitem nec
ab eo recedere poſſum ſine mei ſtatus ruina. ꝙ ſi eū deſererē
nō quirem te decenter habere. Si curiā ſequerer. nulla eſſet
Omni die caſtra mouemus nuſq̄ꝫ ceſari tanta mora fuit quā
ta nunc ſenis. idq́ꝫ belli neceſſitas facit ꝙ ſi te circūducerē. et
quaſi publicā feminā in caſtris haberē. vide q̄ꝫ eſſet mihi ⁊ ti
bi decorū. His ex rebus obſecro te mi lucreſia mentē vt iſtā
exuas. honoriq́ꝫ conſulas. nec furori magis q̄ꝫ tibi plandia/
ris. Alius fortaſſe amator aliter ſuaderet. et vltro te fugere p̄
caretur. vt te q̄ꝫ diu poſſet abuteretur. nihil futuri prouidus.
dum preſenti ſatiſfacerē egritudini. Sed is nō eſſet amator
verus. qui libidini magis q̄ꝫ fame conſuleret. Ego mea lucre
ſia qđ frugi eſt moneo Mane hic te rogo. nec me dubita re/
diturum. quicquid apud etruſcos agendū ceſari. mihi cōmit
ti curabo. daboq́ꝫ operam vt te frui abs tuo incōmodo poſ/
ſim. Uale viue. ama nec meū q̄ꝫ tuus eſt ignē putato minorē
aut me nō inuictiſſimū hinc abſcedā. Iterum vale mea ſua/
uitas. et anime cibus mee.

Equieuit his mulier. et impata facturam reſcripſit
Paucis poſt diebus Eurialus cū ceſare romā perre
xit nec diu moratus illic febribus ē incenſus. infelix
penitus qui cū arderet amore febriū cepit ignibꝫ eſtuare. cū
iam vires amor extenuaſſet. adiectis morbi doloribus pa/
rum ſuperat vite. Tenebaturq́ꝫ ſpiritus medicorum reme/
diis potiꝰ q̄ꝫ manebat. Ceſar dietim ad eum veniebat ⁊ q̄ſi
filium ſolabatur. omneſq́ꝫ curas appollinis adhibere iube/

bat.ſed nulla fuit valentior medela ꝙ lucreſie ſcriptū. quo vi
uentē illā et ſoſpitē cognouit.que res aliquātiſper morbū im
minuit Eurialūqꝫ in pedes ſurgere fecit.q̇ et coronationi ce/
ſaris interfuit.ac ibi miliciā ſuſcepit et aurū calcar. Poſt hac
eū ceſar peruſiū peteret.is rome manſit nondū ex integro ſa/
nus. Exemplū ſenas venit ꝙuis adhuc debilis. extenuatuſ
qꝫ faciē.ſꝫ intueri potuit.nō alloqui lucreſiā. Epiſtole plures
vtrinqꝫ miſſe ſunt. Ruſuſqꝫ de fuga tractatū eſt. Triduo il/
lic māſit eurialꝰ.demū cū ſibi aditus oēs videret erepros.re
ceſſū eiꝰ amāti renūciauit . Nunꝙ tanta dulcedo in cōuer/
ſando fuit. quāta in recedēdo meſticia. Erat in feneſtra lucre
ſia per vicū iam eurialus equitabat. humidos oculos alter ī
alterū iecerat Flebat vnus.flebat alter.ambo doloribꝰ vrge
bant.vt qui ſuis ex ſedibus cor euelli dolenter ſenciebāt. Si
quis in obitu quātus ſit dolor ignorat.duorū amantū ſepa/
rationē cōſideret.ꝙuis maior hic anxietas ineſt et cruciatus
ingentior Dolet animus in morte qr corpus relinquit ama/
tū Corpus abſente ſpiritu nō dolet nec ſentit At cū duo in/
uicem cōglutinati ſūt animi.tanto penoſior eſt ſepatio.quan
to ſenſibilior eſt vterqꝫ dilectꝰ. Et hic ſane nō erāt ſpūs duo
ſꝫ quēadmoduꝫ putat ariſtophanes.vnius aī duo corpa fa/
cta erāt. Itaqꝫ nō recedebat animꝰ ab animo. ſꝫ vnicꝰ amor
ſcindebat in duos.tū cor in partes diuidebat mentis pars
ibat.et pars remanebat.et omnes inuicem ſenſus diſgrega/
bantur.et a ſeipſis diſcedere flebant. Non manſit in amātiū
faciebus ſanguinis gutta.niſi lachrime fuiſſent et gemitus.
ſimillimi mortuis videbantur . Quis ſcribere. Quis referre.
Quis cogitare poſſet illarū mentiū moleſtias. niſi qui aliqñ
inſanuit Laodomia.recedente protheſilao.et ad ſacras ylij
pugnas eunte exanguis cecidit. Eadem poſt viri mortem
agnouit.viuere amplꝰ minime potuit. Dido phenuſſa poſt
fatalem enee receſſum ſeipſam interemit.nec porcia poſt bru
ti necem voluit ſupereſſe. Hec noſtra poſtꝙ curialus ex vi/
ſu receſſit.ī terrā collapſa.ꝑ famulas recepta ē.cubiliqꝫ data
donec reſumeret ſpiritū. Ut ꝟo ad ſe rediit . veſtes aureas.
purpureaſqꝫ.ꝛ omnem leticie ornatū recluſit.pulliſqꝫ tunicis

vſa nunq̃ꝫ poſt hac cantare audita eſt. nunq̃ꝫ viſa ridere. nul/
lis facecijs. nullo gaudio. nulliſq̃ꝫ vnq̃ꝫ iocis in leticia potuit
reuocari Quo in ſtatu dũ aliq̃ diu pſeuerat. egritudinẽ inci/
dit. Et quia cor ſuũ aberat. nullaq̃ꝫ menti cõſolatio dari po
terat. Inter multũ plorãtis brachia matris ac collachriman
tis. et fruſtra cõſolatorijs verbis vtentis. indignantẽ animã
exalauit Eurialus poſtq̃ꝫ ex oculis nunq̃ꝫ ſe amplius viſuris
abijt. nulli inter eundẽ locutus. ſolam in mente lucreſiã gere
bat Et an vnq̃ꝫ reuerti poſſet meditabat Venitq̃ꝫ tandẽ ad
ceſarem peruſij manẽtẽ. quẽ deinde ferariam mantuã triden
tum conſtantiã. et baſileã ſecutus eſt. At demũ in hongariã
atq̃ꝫ bohemiã. Sed vt ipſe ceſarem. ſic cũ lucreſia ſequebat
in ſomnis. nullãq̃ꝫ noctem ſibi quietam permittebat. Quam
vt obiſſe verus amator cognouit. magno dolore pmotus. lu
gubrẽ veſtem recepit. nec cõſolationem admiſit niſi poſtq̃ꝫ ce
ſar ex ducali ſanguine virginẽ ſibi tum formoſam. tum caſtiſ
ſimã atq̃ꝫ prudentẽ matrimonio iunxit Habes amoris exi
tum Mariane mi amantiſſime. non ficti neq̃ꝫ felicis Quem
qui legerint. periculũ ex alijs faciant. qd ſibi ex vſu fiet. Nec
amatoriũ bibere poculũ ſtudeant) qd longe plus habꝫ aloes
q̃ꝫ mellis. Vale Ex vienna. quinta nonas iulias Anno im/
perij Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimoquarto.

Finit opuſculũ Enee Siluij de duob amantib

Epiſtola Enee Siluij poete laureati. ſiue Pij pape ſecũ
di ad ypolitum de remedio amoris incipit feliciter.

Neas ſiluius ypolito mediolanẽſi Salutez. P.
D. Querebaris mecum nocte preterita q amori
operam dares nec debilitatum ac vinctum ani
mum ſoluere poſſes. Dixiſti te nec virginem nec
nuptam. nec viduam amare. ſed mulierẽ q̃uis pulchrã. mere
tricẽ tamẽ quibuſlibet viris precij cauſa ſeſe ſubſternentẽ Id
tibi moleſtũ eſſe aiebas Libenterq̃ꝫ amorẽ hunc te velle po/
ſtergare. ſed viam modũq̃ꝫ neſcire. quo fieri liber et amore va
cuus poſſes Nã et ſi plures ſacerdotes cõſulueris. neminẽ

tamē remedia (que tibi videnᷓ efficacia) protuliſſe dicebas. Rogaſti igiᷓ me magniſq; precib9 efflagitaſti egritudini tue vt aliquā efferrem medelā ac iter oſtenderē quo poſſes ardentes amoris flāmas effugere. Parebo deſiderio tuo. ſalubria q; ꝓbebo tibi remedia. ſi ea amplecti volueris. Nec verebor medici culpam mihi aſſcribi. ſi tu obedientis egroti perſonā ſuſceperis. q̄uis arbitror (quos ꝯſuluiſti ſacerdotes) ſatis tibi feciſſe. ſi p̄cepta tenuiſſes. que illi dederūt. ſed tibi viſa fuerunt fortaſſe grauia Naz cū dicerēt. fuge illā nihil ſibi loquaris. nihil de illa audias. durū tibi verbū viſum eſt. At febricitans quoq; inuitus audit frigida pocula ſibi negari. Si tamen ſanari vult qđ medicus mādat diligenter obſeruet. Tu ergo mi ypolite ſi vis amorē euadere. liberq; fieri. prepara te vt que p̄cipiā facias. Noſcito egrotū te eſſe. maximaq; infirmitate detentū. et ꝓpter ſanitatē dura et aſpera eſſe plurima ſubeunda. Nempe egrotus eſt mi ypolite omīs qui amat. ac ne dum egrotus. ſed mente etiā captus. atq; inſanus ꝛ amēs De amore ī quā illicito. nam deū colere et amare parētes vxorem et liberos. virtutis eſt non viciȷ̄ ſanitatiſq; nō egritudinis. At tu amorē illicitū ſequeris. q̄d tu eſſe amorē de quo iā loquimur credis. Veteres putarūt illū ex venere vulcanoq; natū puerum cecū alatum ſagittas in manibus habentē. quibus viros atq; mulieres ferieris ardorē dilectionis infunderet Apud virgiliū legimus. Nunc ſcio quid ſit amor duris in cotibus illum. Iſmarus aut rodope. aut extremi garamātes. Nec generis noſtri puerū nec ſanguinis edunt Sed error hic mortalis populi fuit. q̄ veritatē attingere non potuit. Amor vt in tragedijs inquit ſeneca. nihil aliud eſt niſi vis q̄dam magna mentis. blanduſq; animi calor. qui iuuēta gignitur. luxu. otio. ꝛ inter leta fortune bona nutritur. Hic mentem homīs eripit. iudiciū omne peruertit. ſenſum hebetat. animū extinguit. Nanq; cū mulierē diligis. non in te. ſed in ea viuis. Quid igiᷓ peius eſt q̄z viuentē non viuere q̄z ſenſuz habentem non ſentire. q̄z oculis perditū non videre. equidem q̄ amat in aliū mutaᷓ virū. nec loq̄tur. nec facit q̄ ante ſolebat Hinc permeno apud therentium Dȷ̄ boni q̄d hoc morbi eſt

adeon hoı̄es imutarer ex amore vt nō cognoſcas eundē eſſē
Putat comicus morbū eſſe amorē. nec male putat. nam et
apud macrobiū luxuriā. que vel mater amoris eſt vel filia de
terrimi morbi partē Ipocrates dicit Hic morbus plerūqꝫ
iuuenes aggredit̄. ſed viros quoqꝫ ſeneſqꝫ vexat. tantoqꝫ pe/
riculoſior et riſu dignior eſt. ꝗnto pſona que capta ē etate aut
ſciētia cenſet̄ preſtantior. Cū ergo ypolite captus ſis. amori
qꝫ ſeruias. ſcias te morboſum eſſe. ſi morboſus es. liberari
ſtude. nā ꝗs morbū patit̄. qui curari nō velit. ſane vt moribꝰ
grauior eſt. acerbior periculoſior. eo morboſi maior ē de ſa/
nitate cura. tua infirmitas magna ē ſic ꝛ cure diligentia ma/
gna Cogita mi ypolite quo in ſtatu es. tu nihil me eſtimas.
quicꝗd tibi eueniat leue ē ſolū ſup amica anxius es. nō parē
tes. nō neceſſarios. nō benefactores magnifacis. ſolus tuꝰ a
nimus in amica eſt illā amas illā ꝓmoues. illā ſomnias. de il
la cogitas. de illa loqueris de illa ſuſpiras. nihil agas quin
memoꝛ ı̄ı̄ eiꝰ habeas ꝛ ſtulticiā amentiū morbumqꝫ deterri/
mū. an nō eſt petenda cura. quis nō ſanari hoc morbo velit.
Ceterū ad ſalutē tuā hec ſunt neceſſaria ypolite. que ſi feceris
ſanus eris. ſi neglexeris ſepelieris in morbo tuo. nec te quiſ/
ꝗꝫ iuuare poterit Cogita ꝓmū ꝗꝫ remote a ꝓceptis dei receſ
ſiſti. ꝗ cū deberes deū ex toto corde diligere. creaturā amaſti
et in ea omnē tuā dilectōez ꝛ oblectatōez poſuiſti. Sic em̄ fa
ctꝰ es ydoloꝝ cultor. nā ꝗ creaturā deo ꝓponit. ydolatra ē ne
gabis te ydolatrā eſſe ꝗſi nō ꝓponis creatori creaturā. At ſi
verū fateri vis plus tuā amicā diligis ꝗꝫ deū. nā ꝗ deus mā
dat negligis. poſtergas cōtemnis. que vult amica tua ſūma
cū diligentia curas adimplere. et hoc nempe ē ꝓferre mulierē
deo Heu ꝗꝫ magnū ē maluꝫ. ꝗꝫ periculoſum. ꝗꝫ deteſtabile
creaturā ſic amare vt creatorē ꝑuifacias Deꝰ em̄ cū eſſes n/
hil te aliꝗd fecit nec te lapidē nec ferrū. nec te gētilē. nec iudeū
ſed hoı̄em xp̄ianū fecit vt poſſis ſcire diuina ſacramēta. ꝛ viā
qua itur ad celum. Ipſe quoqꝫ deus cum ob culpam primi
parētis tu et ceteri homines paradiſum amiſiſtis. naſci pro
te voluit fieri homo capi. cedi. vituꝑari. crucifigi. mori. ac
ſuo te precioſo redimere ſanguine. En ꝗꝫ magna ingratitu/

do ē iniq̄tas.bſtanitas.feritas hūc q̄ tanta ꝑ te fecerit ꝓpter vilem relinquere mulierculam Hoc ſatis te ceteroſq̄ʒ chriſtianos mouere deberet.vt omiſſis amoribꝰ illicitis ſoli deo ſeruirent.Sed cogita vlterius quid agis mi ẏpolite.pulchra tibi videtur amica tua.nec nō venuſta ita ꝙ nil ſupra Credis ne tu ꝙ ipſa ſemper permaneat pulchra Res ē forma fugax.vt inquid tragedus Mulier que hodie formoſa eſt.cras deformis erit.Quid tu bona perpetua ⁊ immutabilia pro caducis tranſitorijs.mutabilibuſq̄ʒ ꝑmutas Sit vt putas ſpectabili forma mulier Leue hoc bonū eſt.nihil em̄ forma mulieris eſt.niſi moribus ſit adiuta Caſtitas eſt vt habemus apud poetas.necnō etiam apud ſacram ſcripturam.que pulchram feminā laudat.non forma Tu non caſtitatem ſequeris.ſed ſolā formā amas Forma em̄ hoc vti flos agri decidit.Roſa mane rubea.ſero langueſcit.Nihil formoſius eſt virtute atq̄ʒ honeſtate.Si hāc intuereris.multo tibi formoſior videretur q̄ʒ tua ſit amica Etem̄ nec lucifer nec heſperus tam decorus eſt ſicut eſt ipſa facies honeſtatis Quā qui relinquerit propter mulierem vel feminā exiſtima oro q̄ʒ ſit delirus ⁊ amens Ceterum ẏpolite vt tecū nō multis vtar.ſed hec(quā amas)mulier non tua ſola eſt cum plures eam mulierem habent.nec ipſa te ſolum amat.ſed alios quoq̄ʒ amat.Quid tu in turba vis facere.cogita te iam eſſe in veſpero.iā ſenem.iam morti proximū.Vis ne cū iuuenibus contendere.vis cum robuſtis pugnare.Quid tibi in eo pilio queris.ī quo victor ſuccumbis Magna res eſt virum ſenem a iuuenibus extorquere mulierem Si tam eſt potens vt extorqueas.quid viciſti cum prelium hmōi ſit vt vincens ſuccumbat Quid eſt oro mulier niſi iuuentutis expilatrix.virorū rapina.ſenū mors.patrimonij deuoratrix.honoris pernicies.pabulum dyaboli.ianua mortis.inferni ſupplementū.Cogita mi ẏpolite quot mala per mulieres illas euenerūt.cū Salomon.cū holofernes.cum ſampſon ꝑ mulierem decepti fuerint Non te credas ſic fortem eſſe vt non illudaris.Sed quāto viris illis debilior es.incautior.imprudentior.tam te ab eo loco ſemoue.in quo potes decipi.nihil eſt mulieris amor

qui cum peccato eſt.non eſt in muliere ſtabilitas.que nunc te amat cras alium amabit.ꝛ vna tecum amabit alios.quid tu hunc amorem exiſtimes qui in plures diuiſus eſt.nulla mulier tam fixe aliquem amauit que veniente nouo proco nouiſqꝫ vel precibus vel muneribꝰ non mutauerit amorem. Mulier eſt animal imperfectum. variū.fallax.multis morbis paſſionibuſqꝫ ſubiectū ſine fide.ſine timore.ſine ꝯſtantia. ſine pietate. De his loquor mulieribꝰ que turpes admittūt amores nunqꝫ he ſtabiles ſunt. Nanqꝫ vt ſemel a recto tramite receſſerūt iam ſe liberas arbitrantur vt quocunqꝫ velint vagētur nec amplius vel amici vel mariti timorem habent. Credo eq̄dem illam coeūdi fetidam voluptatem tibi (qui iam ſenio exhauſtus es) parum placere. Nam quid nedum tibi antiquo iam ꝛ arido.ſed iuueni humecto illa inepta ꝛ ſpurcida voluptas ꝯferre poteſt.quam mox penitudo ꝯſequitur. an nō magna res eſt admonitio illa ac citatio ſiue cōminatio. que poſt peccatum eueſtigio mentem hominis cruciat. ꝙ iniquus eſt homo qui totiens admonitus non quieſcit. qui punitus nō emendatur.qui correctus non efficitur melior. Quid ille actus carnalis operatur niſi carnis interitum. Utinam ſolam carnem interimeret ꝛ non occideret animā. At duo cum inuicem coeūt vir atqꝫ femina quaſi duo vaſa teſtea mihi vidētur que inter ſe confricantur donec rumpantur ꝛ ad nihiluz redigantur. Tu tamen non in coitu ſed in viſu ſermoneqꝫ forſitan oblectaris.quid obſecro in viſu eſt tam pulcri vt nō inuenias aliquid pulcrius. Pulcritudo quam debemus querere in celo eſt.cui nulla poteſt res humana comparari. In illis omnis perfectio eſt.mūdana ſemꝑ diminuta ſunt.illa ꝑpetua hec caduca.illa fixa hec fluxa Hanc quam tu miraris formā pullulū quid febris eripiet tibi. aut ſi morbꝰ iſte actu abfuerit ſenectus non deerit que illam terentem ſucciqꝫ plenam.faciem rugoſam criſpāqꝫ reddat. Fient illa que nūc miraris membra diſcurſu temporis arida .nigra.ſqualia.fetore ac ſpurcicie plena. Nō oculi ſplendorē ſeruabūt.fetebit os collū incuruabitur.corpus vndiqꝫ ſicco ꝛ arido trūco fiet ſimile. Cogita hec ꝛ auerte ſpem.ꝓculqꝫ fuge ꝙ priueris.mul

to eñ melius eſt rem ꝯtemnere ꝗ̃ perdere. Tam vero de ſer
mone ſuaui dulci placido ⁊ mellifluo quo te dicis oblectari
admodũ miror. Quid eñ ſermo mulieris in ſe dulce habet.
quid dicit tibi amica. Nempe aut queriẗ. aut plorat. aut mi/
natur. aut tibi inanes fabulas refert. Dicit quid cũ vicina fe
cerit. quid ſomniauerit. quot oua gallina peperit. quibꝫ flori
bus ſerta ꝯponũtur. Omnis ſermo mulieris de re vana. le/
uiqꝫ eſt in quo qui oblectaẗ ⁊ ipm̃ leuem oportet eſſe Narrat
tibi nunꝗ̃ ſe cum alio amatore fuiſſe ⁊ quo pacto iacuerit.
quid doni receperit. quam cenã habuerit. quibꝫ voluptatibꝫ
fuerit vſa. quibꝫ verbis orſa. que res nõ gaudiũ tibi ſed cruci
atum afferũt. Sed accipe que velis gaudia in ſermone ami
ce. eris ne tam amens rationiſqꝫ inops vt nõ magis in alicu/
ius docti viri verbis ſermonibuſqꝫ leteris. Reſume omnia
ſimul q̃ in amore ſunt gaudia. rurſuſqꝫ tedia Multa iſta pau
ca illa reperies. verãqꝫ illius ſententiã dicis vbi parũ mellis
in multo felle merſum inquit amorem eſſe Cum ergo ypoli/
to totus amor de quo loquimur vanus. aſper. amarus. dã/
noſuſqꝫ ſit ⁊ hominẽ morbo grauiſſimo teneat. curandū eſt
vt ab eo libereris. cura autem ea eſt vt menti tue perſuadeas
malum eſſe amorem. Poſt hec declines amice ſermone. oci
um fugias. in negotio ſemper ſis. viros bonos qui te inſtru/
ant ſequeris. nulli ludo nulli ꝯuiuio interſis. Si quid largi
ta eſt amica tua abs te abiicias. nihil penes te ſit quod illius
fuerit. Puta illam eſſe nũciũ diaboli qui te perdere velit. ſint
in memoria chriſti beneficia que tibi impẽdit. Cogita quot
benefacienti premia in celeſtibꝫ ſedibꝫ. et quot malefacienti
ſupplicia apud inferos preparata ſunt. cogita dies tuos aſſi/
due fieri breuiores. inſtareqꝫ ſemper vltimũ. cogita quia irri/
ſui eſt qui amat: ⁊ preſertim vir ego maturus. cogita inſtabi/
lem mulieris animũ. cogita perditiõem temporis quo nihil
eſt precioſius. cogita diſſipationem bonorũ. percogita vitā
quam viuimus breuiſſimam in hoc ſeculo. ꝗ̃uis voluptati
bus ſit dedita et in alio mũdo quem inquirimus nullum eſſe
vite finem. Hec ſi tecum ſedule cogitaueris preceptaqꝫ iſta
tenueris. amorem quo cruciaris a te breui tempore relega/

bis. virumqꝫ alium te preſtabis. deo gratum celoqꝫ dignum
Vale. Hec habui que nūc raptim contra amorem dicerem
al's vbi ocium fuerit pluribꝫ te admonebo. Iterum vale. et
quod tibi damno eſt auertere ſtude. Ex vienna ſecūdo kalen
das Januarij. Anno domini Milleſimoquadringēteſimo
quadrageſimotercio

Finit amoris remedium

Pij pontificis maximi ad Karolū cyprianum epiſtola re
uocatoria de amoris remedio feliciter incipit

Ractatum de amore olim ſenſu pariterqꝫ etate iuue
nes cum nos ſcripſiſſe recolimus Karole fili dilectiſ
ſime. penitentia immodica pudorqꝫ ac meror animū
noſtrum vehementer excruciant. quippe qui ſciamus. quiqꝫ
proteſtati expreſſe fuimus duo contineri in eo libello aper/
tam videlicet. ſed heu laſciuam nimis prurientemqꝫ amoris
hiſtoriam. et morale quod eam conſequitur edificans dog/
ma. Quorum primum fatuos atqꝫ errantes video ſectari ꝙ
plurimos. Alterum heu dolor pene nullos. Ita impraeuatuꝫ
eſt atqꝫ offuſcatum infelix mortalium genus. De amore igi/
tur que ſcripſimus olim iuuenes contemnite o mortales at/
qꝫ reſpuite. ſequimini que nunc dicimus. ⁊ ſeni magis ꝙ iu/
ueni credite. Nec priuatum hominem pluriſfacite ꝙ ponti/
ficem. Eneam reijcite Pium ſuſcipite. Illud gentile nomen
parentes indidere naſcenti. hoc chriſtianū in apoſtolatu ſuſ/
cepimus. Porro ſi queꝫ deſcripſimus euriali lucreſieqꝫ amo
rem deuoti vt accepimus o miſeri. o inſipientes perlegitis
huc propentius iamiam accedite. quādo quidem nō duoꝝ
modo ſed omniū amorem. imo vt poete fingunt deum amo
ris cupidinē quāto valemus ingenio. quāto poſſumus arti/
ficio deſcribemus. ſi artē queritis o ſcriptoꝝ noſtroꝝ curioſi
lectores plus artis ꝑfecto hic ꝙ ibi reperietis. Si fructuꝫ ſi
ꝯpendiū ſi ornatū hic totus eſt fructus. ꝯpendium totū. De
ornatu aliorum detur iudicium.

Idimus effigiem laſciui nuper amoris
Que nimiũ mentem mouit imago meam
Nec barbam malis nec corpore tegmen habebat
Nudus terga manus pectora crura pedes
At humeris ale ſuberant ⁊ flexilis arcus
Lumina ſub tenero ceca ſupercilio
Cur puer imberbes nulla lanugine malas
Cur melius nulla corpora veſte tegat
Lumine cur careat. pharetram cur geſtat ⁊ arcum
Cur habeat pennas calliopea refer
Sic ego ſic retulit queſitas illico cauſas
Maxima pegaſei calliopea chori
Qui ſapit euitat maleſana cupidinis arma
Et tantum pueros intrat ineptus amor
Siue quod eſt puero ſimilis qui cepit amare
Et perit mente. pingitur inde puer
Pingitur ⁊ nudus. nullum ſeruare pudorem
Et meminit ſimplex ⁊ manifeſtus amans
Pingitur ⁊ cecus quia non bene cernit honeſtum
Nec ſcit quo virtus quo ferat error amans
Vel quia que peccet credat ſecreta latere
Cuncta nec in ſeſe lumina verſa videt
Sic eſt omnis amans ſic ſe ſic omnia neſcit
Conſilium famam federa iura deos
Aurea ꝙ curuo torquebat ſpicula cornu
Pungere corda ferus ſignificatur amor
Quod leuibꝰ volucres humeris ſuſpendeat alas
Cauſa eſt huc illuc ꝙ leuis errat amans
Vel ꝙ amor curſum non ſemper ſeruat eũdem
Nunc abit et paruas poſtridit inde moras
Dixerat ⁊ preſſis ꝯmutuit orſa labellis
Effudi tales protinus ore ſonos
Quã vidi effigiem pharetram geſtabat ⁊ arcum
Fax tamen in dextera non fuit vlla ſua
Sed quoniam veterum finxere poemata vatum
Quos ego quid temere cõmemoraſſe putem

Dic quare nam tedas fertur geſtare cupido
Dic precor armatas cur habet igne manus
Queſitam verbis reſpondens muſa duobus
Sic leuiter cauſam reddidit vrit amor
Accipe laſciui que nam ſit amoris ymago
Karoli cypriaci gloria magna ſoli
Ut melius miſerum caueas dum noris amorem
Et redeas ad te dum mea metra leges

On inſulſe igitur (vt eſt apud lactantiū) quidā poe/ta triumphū cupidinis deſcribens nō modo poten/tiſſimū deoꝝ cupidinē. ſed etiā victorē facit Enumeratis eñi moribus ſinguloꝝ quibus in poteſtatez cupidinis ditionēq venissent inſtruxit pompam in qua iupiter cū cete/ris dijs ante currū triumphantis ducit catenatus Elegāter id quidā a poeta figuratū ſed tamē nō multū diſtans a vero. Qui eñi virtutis eſt expers qui cupiditate aut libidini bo vincitur malis nō cupidini vt ille finxit. ſed morti ſubiectus eſt ſempiterne Stultus autē marcus tullius inquit lactantius qui gaio verri adulteria obiecit Eadem eñi iupiter quē cole/bat admiſit. qui. P. clodio ſororis inceſtū. at illi optimo ma/ximo fuit et ſoror et cōiunx. quis eſt ergo tam excors. qui hūc regnare in celo putet. qui ne in terra quidē debuit Aſpice ꝙq phos vite magiſtros moreſq coꝝ ⁊ vitam diligēter inquire et inuenies paucis exceptis iracundos cupidos. libidinoſos arrogantes. proteruos. et ſub obtentu ſapientie ſua vicia pa/liantes cū domi faciant ea que in ſcolis arguiſſent Mentior fortaſſe accuſandi gratia. nōne idipſum tullius fatetur ⁊ querit in hec verba Tullius quotus quiſq phoꝝ inuenitur. qui ſit ita moratus ita animo ⁊ vita inſtitutus vt rō poſtulat qui diſciplinā oſtentationē ſcientie legem vite putet ꝙ obtēperet ipſe ibi ⁊ decretis pareat ſuis Uidere licet alios pecunie cu/pidos. alios glorie. multos libidinū ſeruos. vt cum coꝝ vita mirabiliter pugnet oratio Hec cicero. qua de re coacti ſunt ꝙ plures Hi vero maxime qui ſequūtur in venerē. inq libidinoſos ⁊ molles imo inbrutales veneris mundiq amato/

res taliter exclamare.

Prudentius

Ha venus ad nutum trahis om̄ia numina celi
Aſtra moues alioqꝫ rotas errore planetas
Accendis gelidam ſub fratris lampade phebem
Tu fera. tu ceca. ceci tu ianua leti
Corpora tu maculas animas in tarthara mergis
Abde caput triſti iam feruida peſtis abyſſo
Occide proſtibulum. manes pete. claudere auerno
Inqꝫ tenebroſum noctis detrudere fundum

Achitrenius

Combuſſit frigium paſtorem pergama grecos
A veneris ſurgens faculis amor ignis et ira
Canduit alchides veneris meſſiſqꝫ fauilla
Hoc ſale ſal hominū ſalomon inſulſos amari
Demeruit morem. quia amaro geſſit amori

Iuuenalis

Sunt qui vicia herculis inuadunt et de virtute loquuti
Clunem agitant. ego ceuentem ſexte verebor
Infamis varillus ait. quo deterior te
Loripidem rectus derideat ethiopem albus

Lactantius igitur quidē docent tantū nec faciūt ipſis p̄ceptis ſuis detrahunt pondus. Quis em̄ obtemperet cum ipſi preceptores doceant nō obtemperare. Bonū eſt aūt recta et honeſta precipere. ſed niſi ꝛ facias mendacium eſt. Et eſt incongruens atqꝫ ineptum non pectore ſed in labijs habere bonitatem.

Seneca in epiſtolis. Pleriqꝫ philoſophoꝝ tales ſunt vt ſint deſerti in cōuiciū ſuū. Quos ſi audias in libidinē. in auariciam. in ambitionem perorantes. iudicium ſuum profeſſos putes. adeo redundant ad ipſos maledicta in publicū miſſa. Quos non aliter intueri decet q̄ꝫ medicos. quorum tituli remedia habent pixides venena. Quoſdam vero nec pudor tenet vicioꝝ. ſed princinia turpitudinis ſue fingūt vt eſſet honeſte peccare videantur. Faciet em̄ ſapiens que non proba/

bit vt etiam ad maiora tranſitum inueniat. ſed relinquet mo/
res bonos ſed tempori aptabit. et quibus alij vtuntur in glo
riam aut voluptatē vtetur agendi rei cauſa Lactantius in
ſtitutionū libro tercio Ariſtippo cirenaicarū magiſtro cum
thaide nobili ſcorto fuit conſuetudo. Quod flagicium gra/
uis ille philoſophie doctor ſic defendebat vt diceret multū
inter ſe et ceteros thaidis amatores intereſſe ꝙ ipſe haberet
thaidē. alij a thaide haberētur O preclara ⁊ bonis imitanda
ſapientia Huic viro liberos in diſciplinā dares vt diſcerent
habere meretricem. Aliquid inter ſe et perditos intereſſe di/
cebat ꝙ illi bona ſua perderent ipſe gratus luxuriaretur. in q̄
plane ſapientior meretrix fuit que ſic philoſophū habuit pro
lenone vt ad ſe omnis iuuentus doctoris exemplo et auctori
tate corrupta ſine vllo pudore concurreret. quid ergo inter/
fuit quomodo philoſophus ad meretricem famoſiſſimā cō/
mearet cum eum philoſophus et riuales ſui viderent omni
bus perditis nequiorē. nec ſatis fuit ita viuere. ſed etiā noce/
re libidines cepit. ac mores ſuos de lupanari ad ſcolas tran
ſtulit. diſſerens voluptatem corporis eſſe ſummū bonū. que
doctrina execrabilis et pudēda non in corde philoſophi. ſed ī
ſinu meretricis eſt nata.

Pij ſecundi Pontificis maximi. cui ante ſummū epiſcopa
tum. primū quidē imperiali ſecretario. mox epiſcopo. deinde
etiam cardinali Senenſi Enee ſiluio nomen erat. opuſcula
de duobus amantibꝰ. et de remedio amoris. cum epiſtola re
tractoria ad ypolitū Feliciter finiunt.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg